

THE ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

WITH AN ENGLISH TRANSLATION BY
JOHN C. ROLFE, PH.D., LITT.D.
UNIVERSITY OF PENNSYLVANIA

IN THREE VOLUMES

III



LONDON : WILLIAM HEINEMANN
NEW YORK : G. P. PUTNAM'S SONS

MCMXXVIII

Printed in Great Britain.

CONTENTS

	PAGE
THE ATTIC NIGHTS—	
CHAPTER HEADINGS, BOOKS XIV-XX	vii
BOOK XIV	1
BOOK XV	57
BOOK XVI	129
BOOK XVII	195
BOOK [•] XVIII	291
BOOK XIX	347
BOOK XX	405
INDEX OF NAMES	455
GREEK INDEX OF NAMES	488
INDEX OF SUBJECTS	491

CAPITULA LIBRI QUARTI DECIMI

	PAGINA
I. Dissertatio Favorini philosophi adversus eos qui Chaldaei appellantur, et ex coetu motibusque siderum et stellarum fata hominum dicturos pollicentur	2
II. Quem in modum disseruerit Favorinus consultus a me super officio iudicis	20
III. An aemuli offensique inter sese fuerint Xenophon et Plato	32
IV. Quod apte Chrysippus et graphice imaginem Iustitiae modulis coloribusque verborum depinxit . .	36
V. Lis atque contentio grammaticorum Romae illustrum enarrata, super casu vocativo vocabuli quod est "egregius"	38
VI. Cumodi sint quae speciem doctrinarum habeant, sed neque delectent neque utilia sint; atque imbi de vocabulis singularum urbium regionumque immutatis	42
VII. Quod M. Varro Cn. Pompeio, consuli primum designato, commentarium dedit, quem appellavit ipse <i>Εισαγωγικόν</i> , de officio senatus habendi . .	46
VIII. Quaesitum esse dissensumque an praefectus Latinarum causa creatus ius senatus convocandi consulendique habeat	54

CAPITULA LIBRI QUINTI DECIMI

I. Quod in Quinti Claudii <i>Annalibus</i> scriptum est lignum alumine oblitum non ardere	58
---	----

CHAPTER HEADINGS OF BOOK XIV

	PAGE
I. A discourse of the philosopher Favorinus directed against those who are called Chaldaeans, and who profess to tell men's fortunes from the conjunction and movements of the stars and constellations . . .	3
II How Favorinus discoursed when I consulted him about the duty of a judge	21
III. Whether Plato and Xenophon were rivals and not on good terms with each other	33
IV. That Chrysippus skilfully and vividly described the likeness of Justice in melodious and picturesque language	37
V The strife and contention of two eminent grammarians at Rome as to the vocative case of <i>gregyius</i>	39
VI Of certain things which have the appearance of learning, but are neither entertaining nor useful, and also of changes in the names of several cities and regions	43
VII That Marcus Varro presented Gnaeus Pompeius, when he was consul-elect for the first time, with a commentary, which Varro himself called <i>Εισαγωγικάς</i> , on the method of conducting meetings of the senate	47
VIII. Inquiry and difference of opinion as to whether the praefect appointed for the Latin Festival has the right of convening and consulting the senate	55

BOOK XV

I. That it is written in the <i>Annals</i> of Quintus Claudius that wood smeared with alum does not burn	59
--	----

vii

CAPITULA

	PAGINA
II. Quod Plato, in libris quos <i>De Legibus</i> composuit, largiores laetioresque in conviviis invitatiunculas vini non inutiles esse existimavit	60
III. Quid M. Cicero de particula ista senserit scripseritque quae praeposita est verbis "aufugio" et "aufero"; et an in verbo "autumo" eadem istae praepositio esse videri debeat	66
IV. Historia de Ventidio Basso, ignobili homine, quem primum de Parthis triumphasse memoriae traditum est	68
V. Verbum "profligo" a plerisque dici inproprie in-sciteque	72
VI. In libro M. Ciceronis <i>De Gloria</i> secundo manifestum erratum, in ea parte in qua scriptum est super Hectore et Aiace	74
VII. Observatum esse in senibus quod annum fere aetatis tertium et sexagesimum agant aut laboribus aut interitu aut clade aliqua insignitum; atque mihi super eadem observatione exemplum adpositum epistolae divi Augusti ad Gaum filium	76
VIII. Locus ex oratione Favoni, veteris oratoris, de cenarum atque luxuriae obprobatione, qua usus est cum legem Liciniam de sumptu minuendo suavit	80
IX. Quod Caecilius poeta "frontem" genere virili non poetice, sed cum probatone et cum analogia appellavit	82
X. De voluntario et admirando interitu virginum Milesiarum	84
XI. Verba senatusconsulti de exigendis urbe Roma philosophis; item verba edicti censorum, quo improbati et coerciti sunt qui disciplinam rhetoricam instituere et exercere Romae coeperant	86
XII. Locus ex oratione Gracchi de parsimonia ac de pudicitia sua memoratissimus	88

CHAPTER HEADINGS

	PAGE
II. That Plato in the work which he wrote <i>On the Laws</i> expressed the opinion that inducements to drink more abundantly and more merrily at feasts were not without benefit	61
III. What Marcus Cicero thought and wrote about the prefix in the verbs <i>anfugio</i> and <i>aufero</i> ; and whether this same preposition is to be seen in the verb <i>autumo</i>	67
IV. The story of Ventidius Bassus, a man of obscure birth, who is reported to have been the first to celebrate a triumph over the Parthians	69
V. That the verb <i>profligo</i> is used by many improperly and ignorantly	73
VI. An evident mistake in the second book of Cicero <i>On Glory</i> , in the place where he has written about Hector and Ajax	75
VII. It has been observed of old men, that the sixty-third year of their life is marked as a rule by troubles, by death, or by some disaster, and an example apropos of this observation is taken from a letter of the deified Augustus to his son Gaius	77
VIII. A passage from a speech of Favonius, an early orator, containing an attack which he made on luxurious entertainments, when he was advocating the Licinian law for lessening extravagance	81
IX. That the poet Caecilius used <i>frons</i> in the masculine gender, not by poetic licence, but properly and by analogy	83
X. About the strange suicides of the maids of Miletus	85
XI. The words of a decree of the senate on expelling philosophers from the city of Rome, also the words of the edict of the censors by which those were rebuked and restrained who had begun to establish and practise the art of rhetoric at Rome	87
XII. A highly memorable passage from a speech of Gracchus', regarding his frugality and continence	89

CAPITULA

	PAGINA
XIII De verbis inopinatis, quae utroqueversum dicuntur et a grammaticis "communia" vocantur . . .	90
XIV. Quod Metellus Numidicus figuram orationis novam ex orationibus Graecis mutuatus est . . .	96
XV. "Passis velis" et "passis manibus" dixisse veteres non a verbo suo, quod est "patior," sed ab alieno, quod est "pando"	96
XVI. De novo genere interitus Crotoniensis Milonis . . .	98
XVII. Quam ob causam nobiles pueri Atheniensium tibus canere desierint, cum patrum istum morem canendi haberent	100
XVIII. Quod pugna belli civilis victoriaque Gaii Caesaris, quam vicit in Pharsaliis campis, nuntiata praedictaque est per cunuspriam sacerdotis vaticinium eodem ipso die in Italia Patavi	102
XIX. Verba M. Varronis memoria digna ex <i>Satura</i> , quae inscribitur <i>Περὶ Ἐδεσμάτων</i>	104
XX. Notata quaedam de Euripidis poetae genere, vita, moribus deque eiusdem fine vitae	104
XXI. Quod a poetis Iovis filii prudentissimi humanissimique, Neptuni autem ferocissimi et inhumanissimi traduntur	108
XXII. Historia de Sertorio, egregio duce, deque astu eius commenticisque simulamentis quibus ad barbaros milites continendos conciliandosque sibi utebatur	108
XXIII De aetatibus historicorum nobilium, Hellanici, Herodoti, Thucydidi	112
XXIV. Quid Vulcarius Sedigitus, in libro quem <i>De Poetis</i> scripsit, de comicis Latinis iudicavit	112
XXV. De verbis quibusdam novis, quae in Gnaei Marti <i>Mimiambis</i> offenderamus	114
XXVI. Quibus verbis Aristoteles philosophus definierit syllogismum; eiusque definitionis interpretamentum verbis Latinis factum	116

CHAPTER HEADINGS

	PAGE
XIII. Of some unusual words, which are used in either voice and are called by the grammarians "common"	91
XIV. That Metellus Numidicus borrowed a new form of expression from Greek usage	97
XV. That the early writers used <i>passis velis</i> and <i>passis manibus</i> , not from the verb <i>patior</i> , to which the participle belongs, but from <i>pando</i> , to which it does not belong	97
XVI. Of the singular death of Milo of Croton	99
XVII. Why young men of noble rank at Athens gave up playing the pipes, although it was one of their native customs	101
XVIII. That the battle which Gaius Caesar fought on the plains of Pharsalus during the civil war was announced on the very same day at Patavium in Italy, and his victory foretold, by the divination of a seer	103
XIX. Memorable words of Marcus Varro from the satire entitled <i>Περὶ Ἐδεσμάτων</i>	105
XX. Certain facts about the birth, life and character of the poet Euripides, and about the end of his life	105
XXI. That by the poets the sons of Jupiter are represented as most wise and refined, but those of Neptune as very haughty and rude	109
XXII. A story of the distinguished leader Scitorius; of his cunning, and of the clever devices which he used to control and conciliate his barbarian soldiers	109
XXIII. Of the age of the famous historians, Hellenicus, Herodotus and Thucydides	113
XXIV. Vulcacius Sedigitus' canon of the Latin writers of comedy, from the book which he wrote <i>On Poets</i>	113
XXV. Of certain new words which I had met in the <i>Mimiambres</i> of Gnaeus Matius	115
XXVI. In what words the philosopher Aristotle defined a syllogism; and an interpretation of his definition in Latin terms

CAPITULA

	PAGINA
XXVII. Quid sint "comitia calata," quid "curiata," quid "centuriata," quid "tributa," quid "conci- lium", atque imbi quaedam eiusdemmodi . . .	116
XXVIII. Quod erravit Cornelius Nepos, cum scripsit Ciceronem tres et viginti annos natum causam pro Sexto Roscio dixisse.	120
XXIX. Quali figura orationis et quam nova L. Piso annalium scriptor usus sit	122
XXX. Vehiculum quod "petoritum" appellatur, cuius linguae vocabulum sit, Graecae an Gallicae.	124
XXXI. Quae verba legaverint Rodii ad hostium ducem Demetrium, cum ab eo obsiderentur, super illa incluta Ialysi imagine	126

CAPITULA LIBRI SEXTI DECIMI

I Verba Musoni philosophi Graeca, digna atque utilia audiri observarique, eiusdemque utilitatis senten- tia a M. Catone multis ante annis Numantiae ad equites dicta	130
II. Cuiusmodi sit lex apud dialecticos percontandi disserendique; et quae sit eius legis reprehensio .	132
III. Quanam ratione effici dixerit Erasistratus medicus, si eibus forte deerit, ut tolerari aliquantisper media possit et tolerari fames; verbaque ipsa Erasistrati super ea re scripta	134
IV. Quo ritu quibusque verbis fetialis populi Romani bellum indicare solitus sit his quibus populus bellum fieri iusserat; et item in quae verba conceptum fuerit iusiurandum de furtis militaribus sanciendis; et uti milites scripti intra praedictum diem in loco certo frequentarent, causis quibus- dam exceptis, propter quas id iusiurandum remitti aequum esset	138
V. "Vestibulum" quid significet; deque eius vocabuli rationibus	142

CHAPTER HEADINGS

	PAGE
XXVII. The meaning of <i>comitia calata</i> , <i>curiata</i> , <i>centuriata</i> and <i>tributa</i> , and of <i>conclitum</i> ; and other related matters of the same kind	117
XXVIII. That Cornelius Nepos was in error when he wrote that Cicero defended Sextus Roscius at the age of twenty-three	121
XXIX. A new form of expression used by Lucius Piso, the writer of annals	123
XXX. Whether the word <i>petoritum</i> , applied to a vehicle, is Greek or Gallic	125
XXXI. A message sent by the Rhodians about the celebrated statue of Ialysus to Demetrius, leader of the enemy, at the time when they were besieged by him	127

BOOK XVI

I. A saying of Musonius, the Greek philosopher, of practical value and worth hearing and bearing in mind; and a remark of equal value made by Marcus Cato many years before to the knights at Numantia	131
II. The nature of the rule of the logicians in disputation and declamation, and the defect of that rule	133
III. By what means Erasistratus, the physician, said that one could do for a time without eating, if food chanced to be lacking, and endure hunger, and his words on that subject	135
IV. In what fashion and in what language the war-herald of the Roman people was accustomed to declare war upon those against whom the people had voted that war should be made; also in what words the oath relating to the prohibition and punishment of theft by the soldiers was couched; and how the soldiers that were enrolled were to appear at an appointed time and place, with some exceptional cases in which they might properly be freed from that oath	139
V. The meaning of <i>vestibulum</i> and the various derivations proposed for the word	143

CAPITULA

	PAGINA
VI. Hostiae quae dicuntur "bidentes," quid sint et quam ob causam ita appellatae sint; superque ea re P. Nigidii et Iulii Hygini sententiae	148
VII. Quod Laberius verba pleraque licentius petulantiusque finxit; et quod multis item verbis utitur de quibus an sint Latini quaeri solet	152
VIII. Quid significet et quid a nostris appellatum sit quod "axioma" dialectici dicunt; et quaedam alia quae prima in disciplina dialectica traduntur	156
IX. Quid significet verbum in libris veterum creberime positum "susque deque"	162
X. Quid sint "proletarii," quid "capite censi"; quid item sit in <i>XII. Tabulis</i> "adsiduus"; et quae eius vocabuli ratio sit.	166
XI. Historia ex Herodoti libris sumpta de Psyllorum interitu, qui in Syrtibus Africanis colebant	172
XII. De his vocabulis quae Cloatius Verus aut satis commode aut nimis absurde et inlepide ad origines linguae Graecae redigit	174
XIII. Quid sit "municipium" et quid a "colonia" differat; et quid sint "municipes" quaeque sit eius vocabuli ratio ac proprietas; atque inibi, quod divus Hadrianus in senatu de iure atque vocabulo municipum verba fecit	176
XIV. Quod M. Cato differre dixit "properare" et "festinare"; et quam incommode Verrius Flaccus verbi quod est "festinat" <i>ἔττυμον</i> interpretatus est	180
XV. Quid Theophrastus mirum de perdicibus scriptum reliquerit et quid Theopompus de leporibus.	182
XVI. "Agrippas" a partus aegri et inprosperi vitio appellatos; deque his deabus quae vocantur "Prorsa" et "Postverta"	184
XVII. Quae ratio vocabuli sit agri Vaticani	184

CHAPTER HEADINGS

	PAGE
VI. What the victims are which are called <i>bidentes</i> , and why they are so called ; and the opinions of Publius Nigidius and Juhus Hyginus on that subject . . .	149
VII. That Laberius formed many words freely and boldly, and that he even uses numerous words whose Latinity is often questioned . . .	153
VIII. The meaning of what the logicians call "an axiom," and what it is called by our countrymen ; and some other things which belong to the elements of the dialectic art . . .	157
IX. The meaning of the expression <i>susque deque</i> , which occurs frequently in the books of early writers . . .	163
X. The meaning of <i>proletaria</i> and <i>capite censi</i> ; also of <i>adsuluus</i> in the <i>Twelve Tables</i> , and the origin of the word . . .	167
XI. A story taken from the books of Herodotus about the destruction of the Psylli, who dwelt in the African Syrtes . . .	173
XII. Of those words which Cloatius Verus referred to a Greek origin, either quite fittingly or too absurdly and tastelessly	175
XIII. The meaning of <i>municipium</i> and how it differs from <i>colonia</i> ; and what <i>municipes</i> are and the derivation and proper use of that word ; and also what the deified Hadrian said in the senate about the name and rights of the <i>municipes</i>	177
XIV. That Marcus Cato said there was a difference between <i>properare</i> and <i>festinare</i> , and how inappropriately Verrus Flaccus explained the origin of the latter word	181
XV. The strange thing recorded of partridges by Theophrastus, and of hares by Theopompus . . .	183
XVI. That the name <i>Agrippa</i> was given to those whose birth was difficult and unnatural ; and of the goddesses called <i>Prorsa</i> and <i>Postverta</i>	185
XVII. Of the origin of the term <i>ager Vaticanus</i> . . .	185
	XV

CAPITULA

	PAGINA
XVIII. Lepida quaedam et memoratu et cognitu de parte geometriae quae <i>ὀπτική</i> appellatur, et non alia quae <i>κανονική</i> , et tertia itidem quae dicitur <i>μετρική</i>	186
XIX. Sumpta historia ex Herodoti libro super fidicine Arione	188

CAPITULA LIBRI SEPTIMI DECIMI

I. Quod Gallus Asinius et Largius Licinus sententiam M. Ciceronis reprehenderunt ex oratione quam dixit <i>Pro M. Caelio</i> ; et quid adversus homines stolidissimos pro eadem sententia vere digneque dici possit	196
II. Verba quaedam ex Q. Claudii <i>Annalium</i> primo cursim in legendo notata	200
III. Verba M. Varronis ex libro quinto et vicesimo <i>Humanarum</i> , quibus contra opinionem vulgariam interpretatus est Homeri versum	210
IV. Quid Menander poeta Philemoni poetae dixerit, a quo saepe indigne in certaminibus comoediarum superatus est; et quod saepissime Euripides in tragoedia ab ignobilibus poetis victus est	212
V. Nequaquam esse verum, quod minutis quibusdam rhetoricae artificibus videatur, M. Ciceronem in libro quem <i>De Amicitia</i> scripsit vitioso argumento usum, <i>ἀμφισβητούμενον ἀντὶ δμολογουμένου</i> posuisse; totumque id consideratius tractatum exploratumque	214
VI. Falsum esse, quod Verrius Flaccus, in libro secundo quos <i>De Obscuris M. Catonis</i> composuit, de servo recepticio scriptum reliquit	222
VII. Verba haec ex Atinia lege. "quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto," P. Nigidio et Q. Scaevolae visa esse non minus de praeterito furto quam de futuro cavisse	226

CHAPTER HEADINGS

	PAGE
XVIII. Some interesting and instructive remarks about that part of Geometry which is called "Optics"; of another part called "Harmony," and also of a third called "Metric"	187
XIX. A story about the lyre-player Arion, taken from the work of Herodotus	189

BOOK XVII

I. That Asinius Gallus and Largius Licinus criticized a saying of Cicero's in the speech which he delivered <i>For Marcus Caelius</i> ; and what may be said with truth and propriety in defence of that saying, in reply to those most foolish critics	197
II. Certain words from the first book of the <i>Annals</i> of Quintus Claudius, noted in a hasty reading	201
III. The words of Marcus Varro in the twenty fifth book of his <i>Human Antiquities</i> , in which he has interpreted a line of <i>Ennius</i> in a sense contrary to the general opinion	211
IV. What the poet Menander said to Philemon, by whom he was often defeated in contests in comedy, and that Euripides was very often vanquished in tragedy by obscure poets	213
V. That it is by no means true, as some meticulous artists in rhetoric affirm, that Marcus Cicero, in his book <i>On Friendship</i> , made use of a faulty argument and postulated the disputed for the admitted; with a careful discussion and examination of this whole question	215
VI. That what Verrius Flaccus wrote about <i>seruus receptivus</i> , in his second book <i>On the Obscurities</i> of Marcus Cato, is false	223
VII. These words from the Atinian law, "the claim on whatever shall be stolen shall be everlasting," seemed to Publius Nigidius and Quintus Scaevola to have reference not less to a past theft than to a future one	227

CAPITULA

	PAGINA
VIII In sermonibus apud mensam Tauri philosophi quaeri agitarique eiusmodi solita: "cur oleum saepe et facile, vina rarius congelascant, acetum haut fere unquam" et "quod aquae fluviorum fontiumque durentur, mare gelu non duretur" . . .	228
IX. De notis litterarum quae in C. Caesaris epistulis reperiuntur; deque aliis clandestinis litteris ex vetere historia petitis; et quid <i>στυράλη</i> sit Lacon- ica	232
X. Quid de versibus Vergili Favorinus existimavit, quibus in describenda flagrantia montis Aetnae Pin- darum poetam secutus est, conlataque ab eo super eadem re utriusque carmina et diudicata	238
XI. Quod Plutarchus in libris <i>Symposiacis</i> opinionem Platonis de habitu atque natura stomachi, fistulae- que eius quae <i>τραχεία</i> dicitur, adversum Erasistra- tum medicum tutatus est, auctoritate adhibita anti- qui medici Hippocratis	246
XII. De materis infamibus, quas Graeci <i>ἀδόξους</i> appel- lant, a Favorino exercendi gratia disputatis	250
XIII. "Quoniam" particula quot qualesque varietates significationis habeat et quam saepe in veterum scriptis obscura sit	252
XIV. Sententiae ex Publii <i>Mimis</i> selectae lepidiore	256
XV. Quod Carneades Academicus elleboro stomachum purgavit, scripturus adversus Zenonis Stoici de- creta; deque natura medellaque ellebori candidi et nigri	258
XVI. Anates Ponticas vim habere venenis digerendis potentem; atque mihi de Mitridati regis in id genus medicamentum sollertia	260
XVII. Mitridatem, Ponti regem, quinque et viginti gentium linguis locutum; Quintumque Ennium tria corda habere sese dixisse, quod tris linguas percallisset, Graecam, Oscam, Latinam	262

CHAPTER HEADINGS

	PAGE
VIII. In conversation at the table of the philosopher Taurus questions of this kind were proposed and discussed: "why oil congeals often and readily, wine seldom, vinegar hardly ever," and "that the waters of rivers and springs freeze, while the sea does not"	229
IX. Of the cypher letters which are found in the epistles of Gaius Caesar, and of other secret forms of writing taken from ancient history; and what the Laconian <i>σκυτάλη</i> is	233
X. What Favorinus thought of the verses of Virgil in which he imitated the poet Pindar in his description of an eruption of Mount Aetna; his comparison and evaluation of the verses of the two poets on the same theme	239
XI. That Plutarch in his <i>Symposiacs</i> defended the opinion of Plato about the structure and nature of the stomach, and of the tube which is called <i>τραχεία</i> , against the physician Erasistratus, urging the authority of the ancient physician Hippocrates	247
XII. Of ignoble subjects, called by the Greeks <i>ἄδοξοι</i> , or "unexpected," argued by Favorinus for the sake of practice	251
XIII. How many and what varieties of meaning the particle <i>quin</i> has, and that it is often obscure in the earlier literature	253
XIV. Neat sayings selected from the <i>Mimes</i> of Publilius	257
XV. That Carneades the Academic purged his stomach with hellebore when about to write against the dogmas of Zeno the Stoic; and of the nature and curative powers of white and black hellebore	259
XVI. That Pontic ducks have a power which is able to expel poisons; and also of the skill of Mithridates in preparing antidotes	261
XVII. That Mithridates, king of Pontus, spoke the languages of twenty-five nations; and that Quintus Ennius said that he had three hearts, since he was proficient in three tongues, Greek, Oscan and Latin	263

CAPITULA

PAGINA

XVIII. Quod M. Varro C. Sallustium, historiae scriptorem, deprehensum ab Annio Milone in adulterio scribit et loris caesum pecuniaque data dimissum . 264

XIX. Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit hominibus nequam et impuris, disciplinas philosophiae studiose tractantibus; et quae duo verba observanda praeceperit omnium rerum longe saluberrima 264

XX. Verba sumpta ex *Symposio* Platonis, numeris coagmentisque verborum scite modulateque apta, exercendi gratia in Latinam orationem versa . . 268

XXI. Quibus temporibus post Romam conditam Graeci Romanique illustres viii floruerint ante secundum bellum Carthagenensium 272

CAPITULA LIBRI OCTAVI DECIMI

I Disputationes a philosopho Stoico et contra a Peripatetico, arbitro Favorino, factae; quaesitumque inter eos quantum in perficienda vita beata virtus valeret quantumque esset in his quae dicuntur extranea 292

II. Cuiusmodi quaestionum certationibus Saturnalia ludera Athenis agitare soliti simus, atque mihi expressa quaedam sophismata et aenigmata oblectatoria 296

III. Quid Aeschines rhetor, in oratione qua Timarchum de impudicitia accusavit, Lacedaemonios statuisse dixerit super sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixisset 302

IV. Quod Sulpicius Apollinaris praedicantem quendam a sese uno Sallusti historias intellegi inludit, quaestione proposita quid verba ista apud Sallustium significarent. "incertum, stolidior an vanior" . 306

CHAPTER HEADINGS

	PAGE
XVIII. The statement of Marcus Varro that Gnaeus Sallustius, the writer of history, was taken in adultery by Annus Milo and was let go only after he had been beaten with thongs and had paid a sum of money	265
XIX. What Epictetus the philosopher used to say to worthless and vile men, who zealously followed the pursuit of philosophy; and the two words whose remembrance he enjoined as by far the most salutary in all respects	265
XX. A passage taken from the <i>Symposium</i> of Plato, skilful, harmonious and fitting in its rhythm and structure, which for the sake of practice I have turned into the Latin tongue	269
XXI. The dates after the founding of Rome and before the second war with Carthage at which distinguished Greeks and Romans flourished	273

BOOK XVIII

I. Discussions held by a Stoic philosopher and in opposition by a Peripatetic, with Favorinus as arbiter, and the question at issue was, how far virtue availed in determining a happy life and to what extent happiness was dependent on what are called external circumstances	293
II. What kind of questions we used to discuss when spending the Saturnalia at Athens; and some amusing sophistries and enigmas	297
III. What the orator Aeschines, in the speech in which he accused Timarchus of unchastity, said that the Lacedaemonians decided about the praiseworthy suggestion of a most unpraiseworthy man	303
IV. How Sulpicius Apollinaris made fun of a man who asserted that he alone understood Sallust's histories, by inquiring the meaning of these words in Sallust: <i>incertum, an stultior an vanior</i>	307

CAPITULA

	PAGINA
V. Quod Q. Ennius in septimo <i>Annali</i> "quadrupes eques" ac non "quadrupes equus," ut legunt multi, scriptum reliquit	310
VI. Quod Aelius Melissus in libro cui titulum fecit <i>De Loquendi Proprietate</i> , quem, cum ederet, cornum esse copiae dicebat, rem scripsit neque dictu neque auditu dignam, cum differre "matronam" et "matrem familias" existimavit differentia longe vanissima	316
VII. Quem in modum Favorinus tractaverit interpestivum quendam de verborum ambiguitatibus quaerentem, atque ibi, quot significationes capiat "contio"	318
VIII. Ὁμοιοτέλευτα et ὁμοιοπτώατα atque alia id genus quae ornamenta orationis putantur inepta esse et puerilia, Lucili quoque versibus declarari	324
IX. Quid significet apud M. Catonem verbum "insecenda"; quodque "insecenda" potius legendum sit quam, quod plerique existimant, "insequenda".	326
X. Errare istos qui in exploranda febris venarum pulsus pertemptari putant, non artiarum	330
XI. Verba ex carminibus Furi Antiatis inscite a Caesello Vindice reprehensa; versusque ipsi in quibus ea verba sunt subscripti	334
XII. Morem istum veteribus nostris fuisse verba patiendi mutare ac vertere in agendi modum	336
XIII. Quali talione Diogenes philosophus usus sit, pertemptatus a dialectico quodam sophismatio impudenti	340
XIV. Quid sit numerus "hemolios," quid "epitritos"; et quod vocabula ista non facile nostri ausi sunt convertere in linguam Latinam	342

CHAPTER HEADINGS

	PAGE
V. That Quintus Ennius, in the seventh book of his <i>Annals</i> , wrote <i>quadrupes eques</i> , and not <i>quadrupes equus</i> , as many read it	311
VI That Aelius Melissus, in the book to which he gave the title <i>On Correctness of Speech</i> , and which on its publication he called a horn of plenty, wrote something that deserves neither to be said nor heard, when he expressed the opinion that <i>matrona</i> and <i>materfamilias</i> differ in meaning, thus making a distinction that is wholly groundless	317
VII. How Favorinus treated a man who made an unseasonable inquiry about words of ambiguous meaning; and in that connection the different meanings of the word <i>contio</i>	319
VIII. That <i>ἁμοιοτέλευτα</i> , <i>ἁμοιόπτωτα</i> , and other devices of the kind which are considered ornaments of style, are silly and puerile, is indicated, among other places, in the verses of Lucilius	325
IX. The meaning of the word <i>insecunda</i> in Marcus Cato, and that <i>insecunda</i> ought to be read rather than <i>insequenda</i> , which many prefer	327
X. That those persons are in error who think that in testing for fever the pulse of the veins is felt, and not that of the arteries	331
XI. Words from the poems of Furius of Antium which were ignorantly criticized by Caesellus Vindex; a quotation of the very verses which include the words in question	335
XII. That our forefathers had the custom of changing passive verbs and turning them into active	337
XIII. The retort which the philosopher Diogenes made, when he was challenged by a logician with an impudent sophistry	341
XIV. What the number is which is called <i>hemolios</i> and what <i>epitritos</i> ; and that our countrymen have not rashly ventured to translate those words into Latin	343

CAPITULA

	PAGINA
XV. Quod M. Varro in herois versibus observaverit rem nimis anxiae et curiosae observationis . . .	344

CAPITULA LIBRI NONI DECIMI ¹

I. Responsio cuiusdam philosophi, interrogati quam ob causam maris tempestate palluerit	348
II. Ex quinque corporis sensibus duos esse cum beluis maxime communes; quodque turpis et improba est voluptas quae ex auditu, visu odoratuque procedit, quae vero ex gustu tactuque est, rerum omnium foedissima est, cum hae duae bestiarum etiam sint, reliquae hominum tantum	354
III. Quod turpius est frigide laudari quam acerbius vituperari	358
IV. Quamobrem venter repentino timore effluat; quare etiam ignis urinam lacescat.	360
V. Ex Aristotelis libris sumptum quod nivis aqua potui pessima sit; et quod ex nive crystallus concreatur.	360
VI. Quod pudor sanguinem ad externa diffundit, timor vero contrahit	364
VII. Quid sit "obesum"; nonnullaque alia prisca vocabula	366
VIII. Quaestio an "harena," "caelum," "triticum" pluralia inveniantur; atque mihi de "quadrigis," "inimicitiiis," nonnullis praeterea vocabulis, an singulari numero comperiantur	370
IX. Antonii Iuliani in convivio ad quosdam Graecos lepidissima responsio	378
X. Verba haec, "praeter propter," in usu volgi protrita, etiam Ennii fuisse	384

¹ The lemmata of Book XIX are omitted by ω ; they are supplied in varying forms in ς .

CHAPTER HEADINGS

	PAGE
XV. That Marcus Varro in heroic verse noted a matter demanding very minute and careful observation	345

BOOK XIX

I. The reply of a certain philosopher, when he was asked why he turned pale in a storm at sea . . .	349
II. That of the five senses of the body two in particular we share with beasts; and that pleasure which comes from hearing, sight and smell is base and reprehensible, but that which comes from taste and touch is the most shameful of all, since the last two are felt also by beasts, the others only by mankind	355
III. That it is more disgraceful to be praised coldly than to be accused bitterly	359
IV. Why the bowels are loosened by sudden terror; also why fire provokes urine	361
V. A statement from the works of Aristotle, that snow-water is a very bad thing to drink; and that ice is formed from snow	361
VI. That shame drives the blood outward, while fear checks it	365
VII. The meaning of <i>obesum</i> and of some other early words	367
VIII. An inquiry whether <i>harena</i> , <i>caelum</i> and <i>triticum</i> are found in the plural; also whether <i>quadrigae</i> , <i>inimicitiae</i> , and some other words, occur in the singular	371
IX. The very witty reply of Antonius Julianus to certain Greeks at a banquet	379
X. That the words <i>praeter propter</i> , which are in common use, were found also in Ennius	385

CAPITULA

PAGINA

XI. Ponit versus Platonis amatorios quos admodum iuvenis lusit, dum tragoedus contendit	390
XII. Dissertatio Herodis Attici super vi et natura doloris suaeque opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici, qui cum rubis fructiferas arbores praecidit	392
XIII. Quos "pumiliones" dicimus, Graece <i>vávovs</i> appellari	396
XIV. Contemporaneos fuisse Caesari et Ciceroni M. Varronem et P. Nigidium, aetatis suae doctissimos Romanos; et quod Nigidii commentationes propter earum obscuritatem subtilitatemque in vulgus non exeunt	400

CAPITULA LIBRI VICESIMI

I. Disputatio Sex Caecilii iureconsulti et Favorini philosophi de legibus <i>Duodecim Tabularum</i>	406
II. Vocabulum "siticinum" in M. Catonis oratione quid significet	428
III. Quam ob causam L. Accius poeta in <i>Pragmaticis</i> sicinnistas "nebuloso nomine" esse dixerit.	428
IV. Artificum scaenicorum studium amoremque inhonestum probrosumque esse; et super ea re verba Aristotelis philosophi adscripta	430
V. Exempla epistularum Alexandri regis et Aristotelis philosophi, ita uti sunt edita; eaque in linguam Latinam versa	430
VI. Quaesitum atque tractatum utrum siet rectius dicere "habeo curam vestri," an "vestrum"	436
VII. Quam diversae Graecorum sint sententiae super numero Niobae filiorum.	442

CHAPTER HEADINGS

	PAGE
XI. He gives ¹ some amatory verses of Plato, with which the philosopher amused himself when he was a very young man and was contending for the tragic prize	391
XII. A discourse of Herodes Atticus on the power and nature of pain, and a confirmation of his view by the example of an ignorant countryman who cut down fruit-trees along with thorns	393
XIII. That what we call <i>pumiliones</i> , the Greeks term <i>ῥάροι</i>	397
XIV. That Marcus Varro and Publius Nigidius, the most learned Romans of their time, were contemporaries of Caesar and Cicero ; and that the commentaries of Nigidius, because of their obscurity and subtlety, did not become popular	401

BOOK XX

I. A discussion of the jurist Sextus Caecilius and the philosopher Favorinus about the laws of the <i>Twelve Tables</i>	407
II. The meaning of the word <i>siticines</i> in a speech of Marcus Cato's	429
III. Why the poet Accius in his <i>Pragmatica</i> said that <i>sicinnistae</i> was a "nebulous word"	429
IV. That devotion to play-actors, and love of them, was shameful and disgraceful, with a quotation of the words of the philosopher Aristotle on that subject	431
V. Specimens of letters of king Alexander and the philosopher Aristotle, just as they were written; with a rendering of the same into Latin	431
VI. It is asked and discussed whether it is more correct to say <i>habeo curam vestri</i> , or <i>vestrum</i>	437
VII. How the opinions of the Greeks differ as to the number of Niobe's children	443

See critical note, p. xxiv.

CAPITULA

	PAGINA
VIII De his quae habere <i>συμπρωσιαν</i> videntur cum luna iuvenescente ac senescente	442
IX Qualibus verbis delectari solitus sit Antonius Iulianus, positus in <i>Mimiambi</i> . Cn. Matii, et quid significet M. Cato in oratione quam scripsit de innocentia sua, cum ita dicitur "numquam vestimenta a populo peposci"	444
X Quid vocabulum "ex iure manum consertum" significet	446
XI Quid sit "sculnae" verbum positum apud M. Varronem	450

CHAPTER HEADINGS

	PAGE
VIII. Of things which seem to have <i>συμπτώσια</i> , or "coincidence," with the waning and waxing moon	443
IX. A passage in the <i>Mimambi</i> of Gnaeus Matius, in which Antonius Julianus used to delight; and the meaning of Marcus Cato in the speech which he wrote on his own uprightness, when he said: "I have never asked the people for garments" . . .	445
X. The meaning of the phrase <i>ex iure manum consortum</i> .	447
XI. The meaning of the word <i>sculna</i> , used by Marcus Varro	451

THE ATTIC NIGHTS
OF AULUS GELLIUS
BOOK XIV

A. GELLII
NOCTIUM ATTICARUM
LIBER QUARTUS DECIMUS

I

Dissertatio Favorini philosophi adversus eos qui Chaldaei appellantur, et ex coetu motibusque siderum et stellarum fata hominum dicturos pollicentur.

- 1 ADVERSUM istos qui sese “Chaldaeos” seu “genethliacos” appellant ac de motu deque situ stellarum dicere posse quae futura sunt profitentur, audivimus quondam Favorinum philosophum Romae
- 2 Graece disserentem egregia atque inlustri oratione; exercendi autem, non ostentandi, gratia ingenii, an quod ita serio iudicatoque existimaret, non habeo dicere. Capita autem locorum argumentorumque quibus usus est, quod eius meminisse potui, egressus ibi ex auditione propere adnotavi, eaque fuerunt ad hanc ferme sententiam: disciplinam istam Chaldaeorum tantae vetustatis non esse quantae videri volunt, neque eos principes eius auctoresque esse, quos ipsi ferant, sed id praestigiarum atque officiarum genus commentos esse homines aeruscatos et cibum
- 3 quaestumque ex mendaciis captantes. Atque eos,

¹ Literally, calculators of nativities; see also note on i. 9. 6.

² p. 44, Marres.

THE ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

BOOK XIV

I

A discourse of the philosopher Favorinus directed against those who are called Chaldaeans, and who profess to tell men's fortunes from the conjunction and movements of the stars and constellations.

AGAINST those who call themselves "Chaldaeans" or "astrologers,"¹ and profess from the movements and position of the stars to be able to read the future, I once at Rome heard the philosopher Favorinus discourse in Greek in admirable and brilliant language. But whether it was for the purpose of exercising, not vaunting, his talent, or because he seriously and sincerely believed what he said, I am unable to tell; but I promptly jotted down the heads of the topics and of the arguments which he used, so far as I could recall them immediately after leaving the meeting, and they were about to this effect:² That this science of the Chaldaeans was not of so great antiquity as they would have it appear; that they are not the founders and authors of it, as they themselves declare, but that tricks and delusions of that kind were devised by jugglers and men who made a living and profit from their lies.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

quoniam viderent terrena quaedam inter homines caelestium rerum sensu atque ductu moveri, quale est quod oceanus quasi lunae comes cum ea simul senescit adolescitque, hinc videlicet sibi argumentum ad suadendum paravisse ut crederemus omnia rerum humanarum et parva et maxima, tamquam stellis
4 atque sideribus evincta, duci et regi. Esse autem nimis quam ineptum absurdumque, ut, quoniam aestus oceanum cum lunae curriculo congruit, negotium quoque alicuius, quod ei forte de aquae ductu cum rivalibus aut de communi pariete cum vicino apud iudicem est, ut existimemus, id negotium quasi
5 habena quadam de caelo vinctum gubernari. Quod etsi vi et ratione quapiam divina fieri potest, nequaquam id tamen censebat in tam brevi exiguoque vitae spatio quantovis hominis ingenio comprehendi posse et percipi, set coniectari pauca quaedam, ut verbo ipsius utar, *παχυμερέστερον*, nullo scientiae fundo concepto, sed fusa et vaga et arbitraria, qualis longinqua oculorum acies est per intervalla media
6 caligantium; tolli enim quod maxime inter deos atque homines differt, si homines quoque res omnis
7 post futuras praenoscerent. Ipsam deinde siderum stellarumque observationem, quam esse originem scientiae suae praedicarent, hautquaquam putabat
8 liquide consistere. “Nam si principes Chaldaei, qui in patentibus campis colebant, stellarum motus et

¹ In a rough and ready, superficial manner.

BOOK XIV. I. 3-8

And since they saw that some terrestrial phenomena known to men were caused by the influence and control of the heavenly bodies, as for example the ocean, as though a companion of the moon, grows old and resumes its youth along with her—from this, forsooth, they derived an argument for persuading us to believe that all human affairs, both the greatest and the least, as though bound to the stars and constellations, are influenced and governed by them. But Favorinus said that it was utterly foolish and absurd to suppose, because the tide of the ocean corresponds with the course of the moon, that a suit at law which one happens to have about an aqueduct with his neighbours, or with the man next door about a party wall, is also bound to heaven as if by a kind of chain and is decided by the stars. But even if by some divine power and purpose this could happen, yet he thought that it could by no means be grasped and understood in such a brief and scant span of life as ours by any human intellect, but he believed that some few things were conjectured *παχυμερέστερον* (to use his own term), that is, “somewhat roughly,”¹ with no sure foundation of knowledge, but in a loose, random and arbitrary manner, just as when we look at objects far away with eyes blinded by their remoteness from us. For the greatest difference between men and gods was removed, if man also had the power of foreknowing all future events. Furthermore, he thought that even the observation of the stars and constellations, which they declared to be the foundation of their knowledge, was by no means a matter of certainty. “For if the original Chaldaeans,” said he, “who dwelt in the open plains, watched the movements and orbits of the stars, their

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

vias et discessiones et coetus intuentes, quid ex his efficeretur observaverunt, procedat," inquit, "haec sane disciplina, set sub ea modo inclinatione caeli, sub qua tunc Chaldaei fuerunt; non enim potest," inquit, "ratio Chaldaeorum observationis manere, si quis ea uti velit sub diversis caeli regionibus. Nam quanta," inquit, "partium circulatorumque caeli ex divergentia et convexionibus mundi varietas sit, 9 quis non videt? Eaedem igitur stellae, per quas omnia divina humanaque fieri contendunt, sicuti non usquequaque pruinas aut calores cient, sed mutant et variant tempestatesque eodem in tempore alibi placidas, alibi violentas movent, cur non eventa quoque rerum ac negotiorum alia efficiunt in Chaldaeis, alia 10 in Gaetulis, alia aput Danuvium, alia aput Nilum? Per autem,"¹ inquit, "inconsequens, ipsum quidem corpus et habitum tam profundi aeris sub alio atque alio caeli curvamine non eundem manere, in hominum autem negotiis stellas istas opinari idem semper ostendere, si eas ex quacumque terra conspexeris." Praeterea mirabatur id cuiquam pro percepto liquere, stellas istas quas a Chaldaeis et Babylois sive Aegyptiis observatas ferunt, quas multi "erraticas," Nigidius "errones" vocat, non esse plures quam volgo dicerentur; posse enim fieri existimabat ut et alii quidam 12 planetes pari potestate essent, sine quibus recta

¹ autem enim, Q; enim, *Hertz*.

¹ Fr. 87, Swoboda; the referencé is to the planets.

separations and conjunctions, and observed their effects, let this art continue to be practised, but let it be only under the same inclination of the heavens as that under which the Chaldaeans then were. For the system of observation of the Chaldaeans cannot remain valid, if anyone should wish to apply it to different regions of the sky. For who does not see," said he, "how great is the diversity of the zones and circles of the heavens caused by the inclination and convexity of the earth? Why then should not those same stars, by which they maintain that all human and divine affairs are affected, just as they do not everywhere arouse cold and heat, but change and vary the weather, at the same time causing calm in one place and storm in another—why should they not, I say, produce one series of affairs and events in the land of the Chaldaeans, another among the Gaetulians, another on the Danube, and still another on the Nile? But," said he, "it is utterly inconsistent to suppose that the mass and the condition of this vast height of air does not remain the same under one or another region of the heavens, but that in human affairs those stars always indicate the same thing from whatever part of the earth you may observe them." Besides, he expressed his surprise that anyone considered it a certainty that those stars which they say were observed by the Chaldaeans and Babylonians, or by the Egyptians, which many call *erraticae*, or "wandering," but Nigidius called *errones*, or "the wanderers,"¹ are not more numerous than is commonly assumed; for he thought it might possibly be the case that there were some other planets of equal power, without which a correct and

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

atque perpetua observatio perfici non quiret, neque eos tamen cernere homines possent propter exuperantiam vel splendoris vel altitudinis. "Nam et
13 quaedam," inquit, "sidera a quibusdam terris conspiciuntur earumque terrarum hominibus nota sunt; sed eadem ipsa ex alia omni terra non videntur et sunt
14 aliis omnino ignarissima. Atque uti demus," inquit, "et has tantummodo stellas et ex una parte terrae observari debuisse, quae tandem finis observationis istius fuit et quae tempora satis esse visa sunt ad percipiendum quid praemonstraret aut coetus
15 stellarum aut circuitus aut transitus? Nam si isto modo coepta fieri observatio est, ut animadverteretur quo habitu quaque forma quaque positura stellarum aliquis nasceretur, tum deinceps ab ineunte vita fortuna eius et mores et ingenium et circumstantia rerum negotiorumque et ad postremum finis etiam vitae spectaretur eaque omnia, ut usu venerant, litteris mandarentur ac postea longis temporibus, cum ipsae illae eodem in loco eodemque habitu forent, eadem ceteris quoque eventura existimarentur,
16 qui eodem¹ illo tempore nati fuissent—si isto," inquit, "modo observari coeptum et ex ea observatione composita quaedam disciplina est, nullo id
17 pacto potest procedere. Dicant enim quot tandem annis vel potius quot saeculis orbis hic observationis
18 perfici quiverit." Constare quippe inter astrologos dicebat, stellas istas quas "erraticas" dicerent,

¹ eodem *deleted by Skutsch.*

¹ That is, the time when the stars were again in the same position. The point is, that observations made for one man, even though they came out right, were of no value, because

BOOK XIV. I. 12-18

final observation could not be completed, but that men could not see them because of their remarkable brilliance or altitude. "For," said he, "some stars are visible from certain lands and are known to the men of those lands; but those same stars are not visible from every other land and are wholly unknown to other men. And granting," said he, "both that only these stars ought to be observed, and that too from one part of the earth, what possible end was there to such observation, and what periods of time seemed sufficient for understanding what the conjunction or the orbits or the transits of the stars foretold? For if an observation was made in the beginning in such a manner that it was calculated under what aspect, arrangement and position of the stars anyone was born, and if thereafter his fortune from the beginning of his life, his character, his disposition, the circumstances of his affairs and activities, and finally also the end of his life were noted, and all these things as they had actually happened were committed to writing, and long afterwards, when the same stars were in the same aspect and position, it was supposed that those same things would happen to others who had been born at that same time;¹ if the first observations were made in that way," said he, "and from such observations a kind of science was formed, it can by no means be a success. For let them tell me in how many years, pray, or rather in how many ages, the cycle of the observations could be completed." For he said that it was agreed among astrologers that those stars which they call "wandering," which are supposed

of the long time that it took for the stars to reach the same positions that they had at the time of the earlier observations.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

quae esse omnium rerum fatales viderentur, infinito prope et innumerabili numero annorum ad eundem locum, cum eodem habitu simul omnes reverti¹ unde² profectae sunt, ut neque ullus observationis tenor neque memoriae ulla effigies litterarum³ tanto
 19 aevo potuerint edurare. Atque illud etiam cuiusmodi esset considerandum putabat, quod aliud stellarum agmen foret quo primum tempore conciperetur homo in utero matris, aliud postea cum in decem mensibus proximis in lucem ederetur, quaerebatque qui conveniret diversam super eodem fieri demonstrationem, si, ut ipsi putarent, alius atque alius earundem stellarum situs atque ductus alias atque alias
 20 fortunas daret. Sed et nuptiarum tempore, ex quibus liberi quaerentur, atque ipso etiam illo maris et feminae iam declarari coitu oportere dicebat certo quodam et necessario stellarum ordine quales qualique fortuna homines gignerentur; ac multo etiam ante, cum⁴ pater ipse atque mater nascerentur, ex eorum genitura debuisse iam tunc prospici quinam olim futuri essent quos hi creaturi forent; et supra longe atque longe per infinitum, ut, si disciplina ista fundamento aliquo veritatis nixa est, centesimo usque abhinc saeculo vel magis primo caeli atque mundi exordio atque inde iam deinceps continua significatione, quotiens generis auctores eiusdem homines nascerentur, stellae istae praemonstrare debuerint qualis qualique fato futurus sit quisquis hodie natus
 21 est. "Quo autem," inquit, "pacto credi potest, uniuscuiusque stellarum formae et positionis sortem

¹ reverti (redire, etc.) added by J. F. Gronov and others after sunt; reverti unde olim omnes, Skutsch.

² unde added by Vogel.

³ litterarum deleted by Skutsch.

BOOK XIV. I. 18-21

to determine the fate of all things, beginning their course together, return to the same place from which they set out only after an innumerable and almost infinite number of years, so that there could be no continuity of observation, and no literary record could endure for so long an epoch. And he thought that this point also ought to be taken into consideration, that one constellation presided at the time when a man was first conceived in his mother's womb, and another one ten months later when he came into the world, and he asked how it was consistent for a different indication to be made about the same person, if, as they themselves thought, a different position and order of the same stars gave different fortunes. But also at the time of marriage, from which children were expected, and at the very union of the husband and wife, he said that it ought to be indicated by a fixed and inevitable position of the stars, with what character and fortune men would be born; and, indeed, long before that, when the father and mother were themselves born, it ought to be foretold even then from their horoscope what offspring they would produce; and far, far back of that, even to infinity, so that, if that science rested on any foundation of truth, a hundred years ago, or rather at the beginning of heaven and earth, and then on in an unbroken series of predictions as long as generation followed generation, those stars ought to have foretold what character and fortune anyone would have who is born to-day. "But how," said he, "can it be believed that the fate and fortune foretold by the form and position of any one of the stars are

⁴ ante, cum, *Hertz*, antequam, ω .

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- atque fortunam uni omnino homini certam destinatumque esse eamque formam post longissima saeculorum spatia restitui, si vitae fortunarumque eiusdem hominis indicia in tam brevibus intervallis per singulos maiorum eius gradus perque infinitum successionum ordinem tam saepe ac tam multipliciter eadem ipsa, non eadem stellarum facie denotantur?
- 22 Quod si id fieri potest eaque diversitas atque varietas admittitur per omnis antiquitatis gradus ad significanda eorum hominum qui post nascentur exordia imparilitas haec turbat observationem omnisque ratio
- 23 disciplinae confunditur.” Iam vero id minime ferendum censebat, quod non modo casus et eventa quae evenirent extrinsecus, sed consilia quoque ipsa hominum et arbitria et varias voluntates adpetitionesque et declinationes et fortuitos repentinosque in levissimis rebus animorum impetus recessusque moveri agitarique desuper e caelo putarent; tamquam quod forte ire in balneas volueris ac deinde nolueris atque id rursus volueris, non ex aliqua dispari variaque animi agitatione, sed ex necessaria quadam errantium siderum reciprocatione contigerit, ut plane homines non, quod dicitur, λογικὰ ζῶα, sed ludicra et ridenda quaedam neurospasta esse videantur, si nihil sua sponte, nihil arbitrato suo faciunt, sed ducentibus
- 24 stellis et aurigantibus. “Ac si,” inquit, “potuisse praedici adfirmant Pyrrusne rex an Manius Curius proelio victurus esset, cur tandem non de alea quoque ac de calculis et alveolo audent dicere, quis-

fixed and attached to one particular individual, and that the same position of the stars is restored only after a long series of years, if the indications of the same man's life and fortunes in such short intervals, through the single degrees of his forefathers and through an infinite order of successions, are so often and so frequently pointed out as the same, although the position of the stars is not the same? But if this can happen, and if this contradiction and variation be admitted through all the epochs of antiquity in foretelling the origin of those men who are to be born afterwards, this inequality confounds the observation and the whole theory of the science falls to the ground." Moreover, he thought that the most intolerable thing was their belief that not only occurrences and events of an external nature, but even men's very deliberations, their purposes, their various pleasures, their likes and dislikes, the chance and sudden attractions and aversions of their feelings on trifling matters, were excited and influenced from heaven above; for example, if you happened to wish to go to the baths, and then should change your mind, and again should decide to go, that all this happens, not from some shifting and variable state of mind, but from a fateful ebb and flow of the planets. Thus men would clearly be seen to be, not λογικὰ ζῶα, or "reasoning beings," as they are called, but a species of ludicrous and ridiculous puppets, if it be true that they do nothing of their own volition or their own will, but are led and driven by the stars. "And if," said he, "they affirm that it could have been foretold whether king Pyrrhus or Manius Curius was to be victorious in the battle, why, pray, do they not dare also to predict which of the

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- nam ibi ludentium vincat? An videlicet magna sciunt, parva nesciunt, et minora maioribus imper-
25 ceptiora sunt? Sed si magnitudines rerum sibi vindicant magisque esse perspicuas et facilius comprehendi posse dicunt, volo," inquit, "mihi respondeant quid in hac totius mundi contemplatione, prae tantis naturae operibus, in tam parvis atque brevibus negotiis fortunisque hominum magnum putent?
26 Atque id velim etiam," inquit, "ut respondeant: si tam parvum atque rapidum est momentum temporis, in quo homo nascens fatum accipit, ut in eodem illo puncto sub eodem circulo caeli plures simul ad eandem compententiam nasci non queant, et si idcirco gemini quoque non eadem vitae sorte sunt, quoniam non eodem temporis puncto editi sunt—
peto," inquit, "respondeant, cursum illum temporis transvolantis, qui vix cogitatione animi comprehendi potest, quonam pacto aut consulto adsequi queant aut ipsi perspicere et reprehendere, cum in tam praecipiti dierum noctiumque vertigine minima
27 momenta ingentes facere dicant mutationes?" Ad postremum autem et quid esset quod adversum hoc dici posset requirebat, quod homines utriusque sexus, omnium aetatum, diversis stellarum motibus in vitam editi, regionibus sub quibus geniti sunt longe distantibus, omnes tamen isti, aut hiantibus terris aut labentibus tectis aut oppidorum expugnationibus aut eadem in navi fluctu obruti, eodem genere mortis eodemque ictu temporis universi simul interirent.
28 "Quod scilicet," inquit, "numquam eveniret, si momenta nascendi singulis adtributa suas unumquid-

players with dice or counters on a board will win? Or, forsooth, do they know important things, but not those which are unimportant; and are unimportant things more difficult to understand than the important? But if they claim knowledge of great matters and say that they are plainer and easier to be understood, I should like," said he, "to have them tell me, in this observation of the whole world, in comparison with such mighty works of nature, what they regard as great in the trifling and brief fortunes and affairs of men. And I should like to have them answer this question also," said he: "if the instant in which man at birth is allotted his destiny is so brief and fleeting, that at that same moment not more than one can be born with the same conjunction under the same circle of the heavens, and if therefore even twins have different lots in life, since they are not born at the same instant—I ask them to tell me," said he, "how and by what plan they are able to overtake the course of that fleeting moment, which can scarcely be grasped by one's thoughts, or to detain and examine it, when in the swift revolution of days and nights even the briefest moments, as they say, cause great changes?" Then, finally, he asked what answer could be made to this argument, that human beings of both sexes, of all ages, born into the world under different positions of the stars and in regions widely separated, nevertheless sometimes all perished together by the same kind of death and at the same moment, either from an earthquake, or a falling building, or the sack of a town, or the wreck of the same ship. "This," said he, "of course would never happen, if the natal influence assigned to the birth

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 29 que leges haberent. Quod si quaedam," inquit, "in hominum morte atque vita etiam diversis temporibus editorum per stellarum pares quosdam postea conventus paria nonnulla et consimilia posse dicunt optingere, cur non aliquando possint omnia quoque paria usu venire, ut existant per huiuscemodi stellarum concursiones et similitudines Socratae simul et Antisthenae et Platones multi genere, forma, ingenio, moribus, vita omni et morte pari? Quod
- 30 nequaquam," inquit, "prorsus fieri potest. Non igitur hac causa probe uti queunt adversum hominum
- 31 impares ortus, interitus pares." Illud autem condonare se his dicebat quod non id quoque requireret: si vitae mortisque hominum rerumque humanarum omnium tempus et ratio et causa in caelo et apud stellas foret, quid de muscis aut vermiculis aut echinis, multis aliis minutissimis terra marique animalibus dicerent? An istaec quoque isdem, quibus homines, legibus nascerentur isdemque itidem extinguerentur? ut aut ranunculis quoque et culcibus nascendi fata sint de caelestium siderum motibus adtributa aut, si id non putarent, nulla ratio videretur cur ea siderum vis in hominibus valeret, deficeret in ceteris.
- 32 Haec nos sicca et incondita et propemodum ieiuna oratione adtigimus.¹ Set Favorinus, ut hominis ingenium fuit utque est Graecae facundiae copia, simul et venustas, latius ea et amoenius et splendidius et profluentius exequebatur, atque identidem com-

¹ adtigimus, *Skutsch*; adtingimus, *MSS.*

of each of them had its own peculiar conditions. But if," he said, "they answer that even in the life and death of men who are born at different times certain events may happen which are alike and similar, through some similar conjunction of the stars at a later time, why may not sometimes everything become equal, so that through such agreement and similarity of the stars many a Socrates and Antisthenes and Plato may appear, equal in birth, in person, in talent, in character, in their whole life and in their death? But this," said he, "can by no means whatever happen. Therefore they cannot properly use this argument against the inequality of men's births and the similarity of their death." He added that he excused them from this further inquiry: namely, if the time, the manner and the cause of men's life and death, and of all human affairs, were in heaven and with the stars, what would they say of flies, worms, sea urchins, and many other minute animals of land and sea? Were they too born and destroyed under the same laws as men? so that to frogs also and gnats either the same fates are assigned at birth by the movements of the constellations, or, if they do not believe that, there seemed to be no reason why that power of the stars should be effective with men and ineffectual with the other animals.

These remarks I have touched upon in a dry, unadorned, and almost jejune style. But Favorinus, such was the man's talent and such is at once the copiousness and the charm of Greek eloquence, delivered them at greater length and with more charm, brilliance and readiness, and from time to

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- monebat ut caveremus ne qua nobis isti sycophantae ad faciendam fidem inreperent, quod viderentur
33 quaedam interdum vera effutire aut spargere. "Non enim comprehensa," inquit, "neque definita neque percepta dicunt, sed lubrica atque ambagiosa coniectatione nitentes, inter falsa atque vera pedetemptim quasi per tenebras ingredientes, eunt et aut multa temptando incidunt repente imprudentes in veritatem aut ipsorum, qui eos consulunt, multa credulitate ducente perveniunt callide ad ea quae vera sunt, et idcirco videntur in praeteritis rebus quam in futuis veritatem facilius imitari. Ista tamen omnia quae aut temere aut astute vera dicunt, prae ceteris," inquit, "quae mentiuntur, pars ea non sit millesima."
34 Praeter haec autem quae dicentem Favorinum audivimus, multa etiam memini poetarum veterum testimonia, quibus huiuscemodi ambages fallaciosas confutantur. Ex quibus est Pacuvianum illud :

Nám si quae eventúra sunt provídeant, aequiperént Iovi,

item Accianum illud :

Nihil (inquit) crédo auguribus, qui aúres verbis dívitant

Aliénas, suas ut aúro locupletént domus.

- 35 Idem Favorinus, deterrere volens ac depellere adulescentes a genethliacis istis et quibusdam aliis id genus, qui prodigiosis artibus futura omnia dicturos pollicentur, nullo pacto adeundos eos esse consulendosque huiuscemodi argumentis concludebat : "Aut
36

¹ v. 407, Ribbeck³.

² v. 169, Ribbeck³.

BOOK XIV. I. 32-36

time he warned us to take care lest in any way those sycophants should worm their way into our confidence by sometimes seeming to stumble upon, and give utterance to, something true. "For they do not," said he, "say anything that is tangible, definite or comprehensible, but depending upon slippery and roundabout conjecture, groping with cautious steps between truth and falsehood, as if walking in the dark, they go their way. And after making many attempts they either happen suddenly on the truth without knowing it, or led by the great credulity of those who consult them, they get hold by cunning of something true, and therefore obviously find it easier to come somewhere near the truth in past events than in those to come. Yet all the true things which they say through accident or cunning," said he, "are not a thousandth part of the falsehoods which they utter."

But besides these remarks which I heard Favorinus make, I recall many testimonies of the ancient poets, by which delusive fallacies of this kind are refuted. Among these is the following saying of Pacuvius ¹

Could men divine the future, they'd match Jove.

Also this from Accius, who writes :²

I trust the augurs not, who with mere words
Enrich men's ears, to load themselves with gold.

Favorinus too, wishing to deter and turn away young men from such calculators of nativities and from certain others of that kind, who profess to reveal all the future by means of magic arts, concluded with arguments of this sort, to show that they ought by no means to be resorted to and consulted.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

adversa," inquit, "eventura dicunt, aut prospera. Si dicunt prospera et fallunt, miser fies frustra expectando; si adversa dicunt et mentiuntur, miser fies frustra timendo; sin vera respondent eaque sunt non prospera, iam inde ex animo miser fies, antequam e fato fias; si felicia promittunt eaque eventura sunt, tum plane duo erunt incommoda: et expectatio te spei suspensum fatigabit et futurum gaudii fructum spes tibi iam praeffloraverit. Nullo igitur pacto utendum est istiusmodi hominibus res futuras praesagientibus."

II

Quem in modum disseruerit Favorinus consultus a me super officio iudicis.

- 1 Quo primum tempore a praetoribus lectus in iudices sum, ut iudicia quae appellantur "privata" susciperem, libros utriusque linguae de officio iudicis scriptos acquisivi, ut homo adulescens, a poetarum fabulis et a rhetorum epilogis ad iudicandas lites vocatus, rem iudicariam, quoniam "vocis," ut dicitur, "vivae" penuria erat, ex "mutis," quod aiunt, "magistris" cognoscerem. Atque in dierum quidem diffissionibus conperendinationibusque et aliis quibusdam legitimis ritibus ex ipsa lege Iulia et ex Sabini Masurii et quorundam aliorum iurisperitorum com-
- 2 mentariis commoniti et adminiculati sumus. In his

¹ See note on xii. 13. 1.

² A law of Julius Caesar and Augustus regulating criminal processes.

BOOK XIV. I. 36-II. 2

“They predict,” said he, “either adverse or prosperous events. If they foretell prosperity and deceive you, you will be made wretched by vain expectations; if they foretell adversity and lie, you will be made wretched by useless fears. But if they predict truly and the events are unhappy, you will thereby be made wretched by anticipation, before you are fated to be so; if on the contrary they promise prosperity and it comes to pass, then there will clearly be two disadvantages: the anticipation of your hopes will wear you out with suspense, and hope will in advance have reaped the fruit of your approaching happiness. Therefore there is every reason why you should not resort to men of that kind, who profess knowledge of the future.”

II

How Favorinus discoursed when I consulted him about the duty of a judge

At the time when I was first chosen by the praetors to be one of the judges in charge of the suits which are called “private,”¹ I hunted up books written in both languages on the duty of a judge, in order that, being a young man, called from poets’ tales and orators’ perorations to preside in court, I might from lack of the “living voice,” as they say, gain legal lore from so-called “mute counsellors.” And with regard to postponements and delays and some other legal principles I was advised and helped by the Julian Law itself² and by the commentaries of Masurius Sabinus³ and some other jurists.⁴ But in

³ *Jur. Civ.* iii. 3, Bremer.

⁴ ii 2, p. 567, Bremer

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

autem, quae existere solent, negotiorum ambagibus et in ancipiti rationum diversarum circumstantia nihil quicquam nos huiusmodi libri iuverunt.

3 Nam, etsi consilia iudicibus ex praesentium causarum statu capienda sunt, generalia tamen quaedam praemonita et praecepta sunt, quibus ante causam praemuniri iudex praepararique ad incertos casus futurarum difficultatum debeat, sicut illa mihi tunc accidit inexplicabilis reperiendae sententiae ambiguitas.

4 Petebatur apud me pecunia, quae dicebatur data numerataque, sed qui petebat neque tabulis neque

5 exilibus nitebatur. Sed eum constabat virum esse firme bonum notaeque et expertae fidei et vitae inculpatissimae, multaque et industria exempla probitatis
6 sinceritatisque eius expromebantur; illum autem unde petebatur hominem esse non bonae rei vitaque turpi et sordida convictumque volgo in mendaciis plenumque esse perfidiarum et fraudum ostendebatur.

7 Is tamen cum suis multis patronis clamitabat probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, "expensi latione," "mensae rationibus," "chirographi exhibitione," "tabularum obsignatione," "testium

8 intercessione," ex quibus omnibus si nulla re probaretur, dimitti iam se sane¹ oportere et adversarium de calumnia damnari, quod de utriusque autem vita atque factis diceretur, frustra id fieri atque dici; rem enim de petenda pecunia apud iudicem privatum, agi, non apud censores de moribus.

¹ se sane, *Lion*; se, δ ; sane, γ .

¹ *i.e.* advanced or loaned by the claimant.

those complicated cases which often come up, and in the perplexity arising from conflicting opinions, such books gave me no aid at all. For although the opinions of judges ought to be formed from the conditions of the cases before them, yet there are certain general principles and precepts by which, before hearing a case, the judge ought to guard and prepare himself against the uncertain event of future difficulties ; as, for example, an inexplicable perplexity in coming to an opinion once befell me.

A sum of money was claimed before me, which was said to have been paid and counted out ;¹ but the claimant did not show this by documents or witnesses, but relied upon very slender arguments. It was clear, however, that he was a thoroughly good man, of well-known and tested integrity and of blameless life, and many striking instances of his probity and honesty were presented. On the other hand, the man upon whom the claim was made was shown to be of no substance, of base and evil life, often convicted of lying, and full of treachery and fraud. Yet he, along with his numerous advocates, noisily protested that the payment of the money ought to be shown in the usual way, by a "receipt for payment," by a "book of accounts," by "producing a signature," by "a sealed deed," or by the "testimony of witnesses" ; and if it could be shown in none of these ways, that he ought surely to be dismissed at once and his accuser found guilty of blackmail. He maintained that the testimony relating to the life and conduct of the two parties was irrelevant ; for this was a case of claiming money before a private judge, not a question of morals inquired into by the censors.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 9 Tunc ibi amici mei, quos rogaveram in consilium, viri exercitati atque in patrociniis et in operis fori celebres semperque se circumundique distrahentibus causis festinantes, non sedendum diutius ac nihil esse dubium dicebant quin absolvendus foret, quem accepisse pecuniam nulla probatione sollemni docebatur.
- 10 Sed enim ego homines cum considerabam, alterum fidei, alterum probri plenum spurcissimaeque vitae ac defamatissimae, nequaquam adduci potui ad absol-
- 11 vendum. Iussi igitur diem diffindi atque inde a subsellis pergo ire ad Favorinum philosophum, quem in eo tempore Romae plurimum sectabar, atque ei de causa ac de hominibus quae apud me dicta fuerant, uti res erat, narro omnia ac peto ut et ipsum illud in quo haerebam, et cetera etiam quae observanda mihi forent in officio iudicis, faceret me ut earum rerum essem prudentior.
- 12 Tum Favorinus, religione illa cunctationis et sollicitudinis nostrae conprobata: "Id quidem," inquit, "super quo nunc deliberas, videri potest specie tenui parvaeque esse. Sed si de omni quoque officio iudicis praeire tibi me vis, nequaquam est vel loci
- 13 huius vel temporis; est enim disceptatio ista multiugae et sinuosae quaestionis multaque et anxía
- 14 cura et circumspectantia indigens. Namque, ut pauca tibi nunc quaestionum capita attingam, iam omnium primum hoc de iudicis officio quaeritur: si

BOOK XIV. II. 9-14

Thereupon some friends of mine, whom I had asked to aid me with their advice, experienced men with a reputation gained in acting as advocates and in the business of the forum, who were always inclined to act in haste because of the suits everywhere demanding attention, declared there was no need of sitting longer and that there was no doubt that the defendant ought to be acquitted, since it could not be shown in any of the usual ways that he had received the money. But when I contemplated the men, one abounding in honesty, the other in baseness and of a most shameful and degraded life, I could not by any means be argued into an acquittal. I therefore ordered a postponement and from the bench I proceeded to go to the philosopher Favorinus, with whom I associated a great deal at Rome at that time. I told him the whole story of the suit and of the men, as it had been related to me, begging that with regard both to the matter about which I was then in doubt, as well as to others which I should have to consider in my position as judge, he should make me a man of greater wisdom in such affairs.

Then Favorinus, after commending my scrupulous hesitation and my conscientiousness said: "The question which you are now considering may seem to be of a trifling and insignificant character. But if you wish me to instruct you as to the full duties of a judge, this is by no means a fit place or time; for such a discussion involves many intricate questions and requires long and anxious attention and consideration. For—to touch at once upon a few leading questions for your benefit—the first query relating to the duty of a judge is this. If a judge

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

iudex forte id sciat, super qua re apud eum litigatur, eaque res uni ei, priusquam agi coepta aut in iudicium deducta sit, ex alio quodam negotio casuve¹ aliquo cognita liquido et comperta sit, neque id tamen in agenda causa probetur, oporteatne eum secundum ea quae sciens venit iudicare, an secundum
15 ea quae aguntur? Id etiam," inquit, "quaeri solet, an deceat atque conveniat iudici causa iam cognita, si facultas esse videatur componendi negotii, officio paulisper iudicis dilato communis amicitiae et quasi
16 pacificatoris partes recipere? Atque illud amplius ambigi ac dubitari scio, debeatne iudex inter cognoscendum ea quae dicto quaesitoque opus est dicere et quaerere, etiamsi cuius ea dici quaerique interest neque dicat neque postulet? Patrocinari enim prorsus hoc esse aunt, non iudicare.

17 "Praeter haec super ea quoque re dissentitur, an ex usu exque officio sit iudicis, rem causamque de qua cognoscit interlocutionibus suis ita exprimere consignareque, ut ante sententiae tempus, ex iis quae apud eum in praesens confuse varieque dicuntur, proinde ut quoquo in loco ac tempore movetur, signa
18 et indicia faciat motus atque sensus sui. Nam qui iudices," inquit, "acres atque celeres videntur, non aliter existimant rem qua de agitur indagari compre-

¹ casuve, *Cramer*; casuque, *MSS.*

BOOK XIV. II. 14-18

chance to have knowledge of a matter which is brought to trial before him, and the matter is clearly known and demonstrated to him alone from some external circumstance or event, before it has begun to be argued or brought into court, but nevertheless the same thing is not proved in the course of the trial, ought he to decide in accordance with what he knew beforehand, or according to the evidence in the case? This question also," said he, "is often raised, whether it is fitting and proper for a judge, after a case has been heard, if there seems to be an opportunity for compromising the dispute, to postpone the duty of a judge for a time and take the part of a common friend and peace-maker, as it were. And I know that this further is a matter of doubt and inquiry, whether a judge, when hearing a suit, ought to mention and ask about the things which it is for the interest of one of the parties to the suit to mention and inquire, even if the party in question neither mentions nor calls for them. For they say that this is in fact to play the part of an advocate, not of a judge.

"Besides these questions, there is disagreement also on this point, whether it is consistent with the practice and office of a judge by his occasional remarks so to explain and set forth the matter and the case which is being tried, that before the time of his decision, as the result of statements which at the time are made before him in a confused and doubtful form, he gives signs and indications of the emotions and feelings by which he is affected on each occasion and at every time. For those judges who give the impression of being keen and quick think that the matter in dispute cannot be examined

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- hendique posse, nisi is qui iudicat crebris interrogationibus necessariisque interlocutionibus et suos
19 sensus aperiat et litigantium deprehendat. Contra autem qui sedatiores et graviore putantur negant iudicem debere ante sententiam, dum causa utrumque agitatur, quotiens aliqua re proposita motus est, totiens significare quid sentiat. Eventurum enim aiunt, ut, quia pro varietate propositionum argumentorumque alius atque alius motus animi patiendus est, aliter atque aliter eadem in causa eodemque in tempore sentire et interloqui videantur
- 20 "Sed de his," inquit, "et ceteris huiusmodi iudicialis officii tractatibus et nos posthac, cum erit otium, dicere quid sentiamus conabimur et praecepta Aeli Tuberonis super officio iudicis, quæ nuper-
21 rime legi, recensebimus. Quod autem ad pecuniam pertinet quam apud iudicem peti dixisti, suadeo hercle tibi, utare M. Catonis, prudentissimi viri, consilio, qui, in oratione quam *Pro L. Turio* contra Cn. Gellium dixit, ita esse a maioribus traditum observatumque ait, ut si quod inter duos actum est neque tabulis neque testibus planum fieri possit, tum apud iudicem qui de ea re cognosceret, uter ex his vir melior esset quaereretur et, si pares essent seu boni pariter seu mali, tum illi unde petitur
22 crederetur ac secundum eum iudicaretur In hæc

¹ *Tempore* evidently refers to the whole period of the trial; Favorinus seems to use the word in a double sense, to emphasize his point.

² li., Jordan.

and understood, unless the judge by frequent questions and necessary interruptions makes his own opinion clear and grasps that of the litigants. But, on the other hand, those who have a reputation for calmness and dignity maintain that the judge ought not, before giving his decision and while the case is being pleaded by both parties, to indicate his opinion whenever he is influenced by some argument that is brought forward. For they say that the result will be, since one emotion of the mind after another must be excited by the variety of points and arguments, that such judges will seem to feel and speak differently about the same case and almost at the same time.¹

“But,” said he, “about these and other similar discussions as to the duty of a judge I shall attempt to give you my views later, when we have leisure, and I will repeat the precepts of Aelius Tubero on the subject, which I have read very recently. But so far as concerns the money which you said was claimed before your tribunal, I advise you, by Heaven! to follow the counsel of that shrewdest of men, Marcus Cato; for he, in the speech which he delivered *For Lucius Turius against Gnaeus Gellius*,² said that this custom had been handed down and observed by our forefathers, that if a question at issue between two men could not be proved either by documents or witnesses, then the question should be raised before the judge who was trying the case which of the two was the better man, and if they were either equally good or equally bad, that then the one upon whom the claim was made should be believed and the verdict should be given in his favour. But in this case about which you are in

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- autem causa de qua tu ambigis, optimus est qui petit, unde petitur deterrimus, et res est inter duos
23 acta sine testibus. Eas igitur et credas ei qui petit, condennesque eum de quo petitur, quoniam, sicuti dicis, duo pares non sunt et qui petit melior est.”
- 24 Hoc quidem mihi tum Favorinus, ut virum philo-
25 sophum decuit, suavit. Sed maius ego altiusque id esse existimavi quam quod meae aetati et mediocritati conveniret, ut cognovisse et condemnasse de moribus, non de probationibus rei gestae viderer; ut absolverem tamen inducere in animum non quivi et propterea iuravi, mihi non liquere, atque ita iudicatu illo solutus sum.
- 26 Verba ex oratione M. Catonis cuius commemoravit Favorinus, haec sunt: “Atque ego a maioribus memoria sic accepi: si quis quid alter ab altero peterent, si ambo pares essent, sive boni sive mali essent, quod duo res¹ gessissent uti testes non interessent, illi unde petitur, ei potius credendum esse. Nunc si sponsionem fecissent² Gellius cum Turio: ‘Ni vir melior esset Gellius quam Turius,’ nemo, opinor, tam insanus esset qui iudicaret meliorem esse Gellium quam Turium; si non melior Gellius est Turio, potius oportet credi unde petitur.”

¹ rei, *Rutgers*; pares, *Skutsch*.

² fecisset, NO.

doubt the claimant is a person of the highest character and the one on whom the claim is made is the worst of men, and there are no witnesses to the transaction between the two. So then go and give credit to the claimant and condemn the one on whom the claim is made, since, as you say, the two are not equal and the claimant is the better man."

This was the advice which Favorinus gave me at that time, as became a philosopher. But I thought that I should show more importance and presumption than became my youth and humble merit, if I appeared to sit in judgment on and condemn a man from the characters of the disputants rather than from the evidence in the case; yet I could not make up my mind to acquit the defendant, and accordingly I took oath that the matter was not clear to me and in that way I was relieved from rendering a decision.

The words of the speech of Marcus Cato which Favorinus mentioned are these: "And I have learnt this from the tradition of our ancestors: if anyone claim anything from another, and both are equally either good or bad, provided there are no witnesses to the transaction between the two, the one from whom the claim is made ought rather to be credited. Now, if Gellius had made a wager¹ with Turio on the issue, 'Provided Gellius were not a better man than Turio,' no one, I think, would be so mad as to decide that Gellius is better than Turio, if Gellius is not better than Turio, the one from whom the claim is made ought preferably to be credited."

¹ See note on vi. 11. 9.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

III

An aemuli offensusque inter sese fuerint Xenophon et Plato.

- 1 Qui de Xenophontis Platonisque vita et moribus pleraque omnia exquisitissime scripsere, non a fuisse ab eis motus quosdam tacitos et occultos simultatis aemulationisque mutuae putaverunt et eius rei argumenta quaedam coniectaria ex eorum scriptis
2 protulerunt. Ea sunt profecto huiuscemodi: quod neque a Platone in tot numero libris mentio usquam facta sit Xenophontis neque item contra ab eo in suis libris Platonis, quamquam uterque ac maxime Plato complurium Socratis sectatorum in sermonibus
3 quos scripsit commemoraverit. Id etiam esse non sinceram neque amicam voluntatis indicium crediderunt, quod Xenophon inclito illi operi Platonis, quod de optimo statu reipublicae civitatisque administrandae scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris qui primi in vulgus exierant, opposuit contra conscripsitque diversum regiae administrationis
4 genus, quod Παιδείας Κύρου inscriptum est. Eo facto scriptoque eius usque adeo permotum esse Platonem ferunt, ut quodam in libro, mentione Cyri regis habita, retractandi levandique eius operis gratia, virum quidem Cyrum navum et strenuum fuisse dixerit, παιδείας δὲ οὐκ ὀρθῶς ἤφθαι τὸ παράπαν; haec enim verba sunt de Cyro Platonis.
5 Praeterea putant id quoque ad ista, quae dixi,

¹ *De Legg.* 12, p. 694, c.

III

Whether Plato and Xenophon were rivals and not on good terms with each other.

THOSE who have written most carefully and thoroughly about the life and character of Xenophon and Plato have expressed the belief that they were not free from certain secret and concealed feelings of enmity and rivalry of each other, and they have set forth some conjectural evidence of this, drawn from their writings. These are in fact of this sort: that Plato in his great number of works nowhere makes mention of Xenophon, nor, on the other hand, does Xenophon mention Plato in his writings, although both men, and in particular Plato in the dialogues which he wrote, mention many followers of Socrates. This too they thought was an indication of no sincerely friendly feeling: that Xenophon in opposition to that celebrated work of Plato, which he wrote on the best form of constitution and of governing a city-state, having barely read the two books of Plato's work which were first made public, proposed a different mode of government (to wit, a monarchy) in the work entitled *Παιδεία Κύρου*, or *The Education of Cyrus*. They say that Plato was so disturbed by that conduct and book of his, that having made mention of king Cyrus in one of his own books, in order to criticize and belittle Xenophon's work he said¹ that Cyrus was indeed a strong and active man, but "had by no means had a fitting education"; for these are Plato's words about Cyrus.

Moreover, they think that this also is added to

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

accedere: quod Xenophon, in libris quos dictorum atque factorum Socratis commentarios composuit, negat Socraten de caeli atque naturae causis rationibusque umquam disputavisse, ac ne disciplinas quidem ceteras, quae μαθήματα Graeci appellant, quae ad bene beateque vivendum non pergerent, aut attigisse aut comprobasse, idcircoque turpiter eos mentiri dicit, qui dissertationes istiusmodi
6 Socrati adtribuerent. "Hoc autem," inquit, "Xenophon cum scripsit, Platonem videlicet notat, in cuius libris Socrates physica et musica et geo-
7 metrica disserit." Sed enim de viris optimis et gravissimis si credendum hoc aut suspicandum fuit, causam equidem esse arbitror non obtrectationis nec invidiae neque de gloria maiore parienda certationis; haec enim procul a moribus philosophiae absunt, in quibus illi duo omnium iudicio excelluerunt.
8 Quae igitur est opinionis istius ratio? Haec profecto est: aequiperatio ipsa plerumque et parilitas virtutum inter sese consimilium, etiamsi contentionis studium et voluntas abest, speciem tamen aemu-
9 lationis creat. Nam cum ingenia quaedam magna duorum plurimumve in eisdem rei studio inlustrium aut pari sunt fama aut proxima, oritur apud diversos favores eorum industriae¹ laudisque aestumandae
10 contentio. Tum postea ex alieno certamine ad eos quoque ipsos contagium certationis adspirat cursusque eorum ad eandem virtutis calcem pergentium, quando est compar vel ambiguus, in aemulandi

¹ industriae, suggested by Hosius.

¹ *Memorabilia*, i.1.11.

² For *ambiguus* in this sense see Virg. *Aen.* v. 326.

what I have already said: that Xenophon, in the book which he wrote as records of the sayings and doings of Socrates,¹ asserts that Socrates never discussed the causes and laws of the heavens and of nature, and that he never touched upon or approved the other sciences, called by the Greeks *μαθήματα*, which did not contribute to a good and happy life; accordingly, he says that those who have attributed discourses of that kind to Socrates are guilty of a base falsehood.

“But when Xenophon wrote this,” they say, “he of course refers to Plato, in whose works Socrates discourses on physics, music and geometry.” But if anything of this kind was to be believed, or even suspected, in noble and dignified men, I do not believe that the motive was hostility or envy, or a contest for gaining greater glory; for such considerations are wholly alien to the character of philosophers, among whom those two were in all men’s judgment pre-eminent. What then is the reason for that opinion? Undoubtedly this: the mere equality and likeness of kindred talents, even though the desire and inclination of contention be absent, nevertheless create an appearance of rivalry. For when two or more men of great intellectual gifts, who have gained distinction in the same pursuit, are of equal or nearly equal fame, then there arises among their various partisans emulation in expressing an estimate of their efforts and merit. Then later, from the contention of others, the contagion of rivalry spreads to the men themselves, and while they are pressing on to the same goal of honour, the race is so even, or almost even,² that it comes imperceptibly under a sus-

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- suspiciones non suo, sed faventium studio delabitur.
- 11 Proinde igitur et Xenophon et Plato, Socraticae amoenitatis duo lumina, certare aemularique inter sese existimati sunt, quia de his apud alios uter esset exuperantior certabatur et quia duae eminentiae, cum simul iunctae in arduum nituntur, simulacrum quoddam contentionis aemulae pariunt.

IV

Quod apte Chrysippus et graphice imaginem Iustitiae modulis coloribusque verborum depinxit.

- 1 CONDIGNE mehercule et condecere Chrysippus, in librorum qui inscribuntur Περὶ Καλοῦ καὶ Ἡδονῆς primo, os et oculos Iustitiae vultumque eius severis atque venerandis verborum coloribus depinxit.
- 2 Facit quippe imaginem Iustitiae fierique solitam esse dicit a pictoribus rhetoribusque antiquioribus ad hunc ferme modum: "Forma atque filo virginali, aspectu vehementi et formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis neque atrocis, sed reverendae cuiusdam tristitiae dignitate." Ex imaginis autem istius significatione intellegi voluit, iudicem, qui Iustitiae antistes est, oportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem contraque improbos nocentesque inmisericordem atque inexorabilem erectumque et arduum ac potentem, vi et maiestate aequitatis veritatisque terrificum.
- 4 Verba ipsa Chrysippi de Iustitia scripta haec

¹ They were not rivals, but both equally eager to attain "virtue." Thus they seem like competitors in a race, and

BOOK XIV. III. 10-IV. 4

picion of rivalry, not from any purpose of their own, but from the zeal of their partisans.¹ So then Xenophon and Plato, the two luminaries of Socratic eloquence, were believed to contend with and rival each other, because others strove to show that one or the other was the superior, and because two eminent characters, when they are labouring side by side for a lofty aim, beget a kind of appearance of rivalry and competition.

IV

That Chrysippus skilfully and vividly represented the likeness of Justice in melodious and picturesque language.

Most worthily, by Heaven! and most elegantly did Chrysippus, in the first book of his work entitled *On Beauty and Pleasure*, depict the face and eyes of Justice, and her aspect, with austere and noble word-painting. For he represents the figure of Justice, and says that it was usually represented by the painters and orators of old in about the following manner: "Of maidenly form and bearing, with a stern and fearsome countenance, a keen glance of the eye, and a dignity and solemnity which was neither mean nor cruel, but awe-inspiring." From the spirit of this representation he wished it to be understood that the judge, who is the priest of Justice, ought to be dignified, holy, austere, incorruptible, not susceptible to flattery, pitiless and inexorable towards the wicked and guilty, vigorous, lofty, and powerful, terrible by reason of the force and majesty of equity and truth. Chrysippus' own words about Justice

as they run so that you can hardly tell which leads, their partisans insist on regarding them as rivals.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

sunt: Παρθένος δὲ εἶναι λέγεται κατὰ σύμβολον τοῦ ἀδιάφθορος εἶναι καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακούργοις, μηδὲ προσίεσθαι μήτε τοὺς ἐπιεικεῖς λόγους μήτε παραίτησιν καὶ δέησιν μήτε κολακείαν μήτε ἄλλο μηδὲν τῶν τοιούτων· οἷς ἀκολούθως καὶ σκυθρωπῇ γράφεται καὶ συνεστηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον καὶ ἔντονον καὶ δεδορκὸς βλέπουσα, ὥστε τοῖς μὲν ἀδίκους φόβον ἐμποιεῖν, τοῖς δὲ δίκαιους θάρσος· τοῖς μὲν προσφιλοῦς ὄντος τοῦ τοιούτου προσώπου, τοῖς δὲ ἐτέροις προσάντους.

- 5 Haec verba Chrysippi eo etiam magis ponenda existimavi, ut prompta ad considerandum iudicandumque sint, quoniam legentibus ea nobis delicatiorum¹ quidam disciplinarum philosophi, Saevitiae imaginem istam esse, non Iustitiae, dixerunt.

V

Lis atque contentio grammaticorum Romae inlustrium enarrata, super casu vocativo vocabuli quod est "egregius."

- 1 DEFESSUS ego quondam diutina commentatione laxandi levandique animi gratia in Agrippae campo deambulabam. Atque ibi duos forte grammaticos conspicatus non parvi in urbe Roma nominis, certationi eorum acerrimae adfui, cum alter in casu

¹ delicatiores, ω; corr. by Stephanus.

¹ The *campus Agrippae*, laid out by the famous minister of Augustus, was finished and dedicated by the emperor in

BOOK XIV. IV. 4-v. 1

are as follows: "She has the title of virgin as a symbol of her purity and an indication that she has never given way to evil-doers, that she has never yielded to soothing words, to prayers and entreaties, to flattery, nor to anything of that kind. Therefore she is properly represented too as stern and dignified, with a serious expression and a keen, steadfast glance, in order that she may inspire fear in the wicked and courage in the good; to the latter, as her friends, she presents a friendly aspect, to the former a stern face"

I thought it the more necessary to quote these words of Chrysippus, in order that they might be before us for consideration and judgment, since, on hearing me read them, some philosophers who are more sentimental in their views called that a representation of Cruelty rather than of Justice.

V

The strife and contention of two eminent grammarians at Rome as to the vocative case of *egregius*.

ONCE upon a time, wearied with constant writing, I was walking in the park of Agrippa¹ for the purpose of relieving and resting my mind. And there, as it chanced, I saw two grammarians of no small repute in the city of Rome, and was a witness of a violent dispute between them, one maintaining

7 B.C. It extended from the line of the *aqua Virgo* on the south at least as far as the modern *via S. Claudio* on the north, and from the *via Lata* to the slope of the Quirinal hill, although its eastern boundary is quite uncertain; see Platner, *Topog.*², p. 477.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

vocativo "vir egregi" dicendum contenderet, alter "vir egregie."

- 2 Ratio autem eius, qui "egregi" oportere dici censebat, huiuscemodi fuit: "Quaecumque," inquit, "nomina seu vocabula recto casu numero singulari 'us' syllaba finiuntur, in quibus ante ultimam syllabam posita est *i* littera, ea omnia casu vocativo *i* littera terminantur, ut 'Caelius Caeli,' 'modius modi,' 'tertius terti,' 'Accius Acci,' 'Titius Titi' et similia omnia; sic igitur 'egregius,' quoniam 'us' syllaba in casu nominandi finitur eamque syllabam praecedit *i* littera, habere debet in casu vocandi *i* litteram extremam et idcirco 'egregi,' non 'egregie,' rectius dicetur. Nam 'divus' et 'rivus' et 'clivus' non 'us' syllaba terminantur, sed ea quae per duo *u* scribenda est, propter cuius syllabae sonum declarandum reperta erat nova littera, quae 'digamma' appellabatur."
- 3 Hoc ubi ille alter audivit, "O," inquit, "egregie grammaticae vel, si id mavis, egregissime, dic, oro te, 'inscius' et 'impius' et 'sobrius' et 'ebrius' et 'proprius' et 'propitius' et 'anxius' et 'contrarius,' quae 'us' syllaba finiuntur, in quibus ante ultimam syllabam *i* littera est, quem casum vocandi habent? Me enim pudor et verecundia tenent,
- 4 pronuntiare ea secundum tuam definitionem." Sed cum ille paulisper oppositu horum vocabulorum commotus reticisset et mox tamen se conlegisset eandemque illam quam definierat regulam retineret

¹ The Greek digamma had practically the form of Latin F and the pronunciation of Latin V (the semi-vowel). The Romans used the character to represent the sound of *f*, at first with the addition of the aspirate *h* (as in *shefhaked*, *C.I.L.* i². 3 and xiv. 4123) and afterwards alone.

that *vir egregi* was the proper form of the vocative case, the other *vir egregie*.

The argument of the one who thought that we should say *egregi* was of this sort: "Whatever nouns or words," said he, "end in the nominative singular in the syllable *us* preceded by *i*, in the vocative case terminate in the letter *i*, as *Caelius Caeli*, *modius modi*, *tertius tertii*, *Accus Acci*, *Titius Titi*, and the like; so then *egregius*, since it ends in the syllable *us* in the nominative and the letter *i* precedes that syllable, must in the vocative singular have *i* for the final letter, and therefore it is correct to say *egregi*, not *egregie*. For *divus* and *rvus* and *clivus* do not end in the syllable *us*, but in that which ought to be written with two *u*'s, and in order to indicate that sound a new letter was devised, which was called the *digamma*."¹

When the other heard this, he said: *O egregie grammaticæ*, or if you prefer, *egregissime*, tell me, I pray you, what is the vocative case of *inscius*, *impius*, *sobrius*, *ebrius*, *proprius*, *propitius*, *anxius*, and *contrarius*, which end in the syllable *us* and have the letter *i* before the final syllable? For shame and modesty prevent me from pronouncing them according to your rule." Now the other, overcome by the accumulation of so many words against him, remained silent for a time; but then he nevertheless rallied, and upheld and defended that same rule which he

Since V was used both for the vowel *u* and the semi-vowel *v*, the emperor Claudius introduced an inverted digamma (ϝ), to represent the latter sound; see Suet. *Claud.* xii. 3 and (*e.g.*) *C I. L.* vi. 919. The writing of F for V, to which Gellius seems to refer, was apparently confined to a few grammarians; see Cassiodorus, vii. 148. 8 K and Priscian, ii. 11. 5 K.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

et propugnaret diceretque et "proprium" et "propitium" et "anxium" et "contrarium" itidem in casu vocativo dicendum, ut "adversarius" et "extrarius" diceretur; "inscium" quoque et "impium" et "ebrium" et "sobrium" insolentius quidem paulo, sed rectius per *i* litteram, non per *e*, in eodem casu pronuntiandum, eaque inter eos contentio longius duceretur, non arbitratus ego operae pretium esse eadem istaec diutius audire, clamantes compugnantesque illos reliqui.

VI

Cummodi sint quae speciem doctrinarum habeant, sed neque delectent neque utilia sint; atque inibi de vocabulis singularum urbium regionumque inmutatis.

- 1 Homo nobis familiaris, in litterarum cultu non ignobilis magnamque aetatis partem in libris versatus "Adiutum," inquit, "ornatumque volo ire *Noctes* tuas"; et simul dat mihi librum grandi volumine doctrinae omnigenus, ut ipse dicebat, praescatentem, quem sibi elaboratum esse ait ex multis et variis et remotis lectionibus, ut ex eo sumerem quantum liberet rerum memoria dignarum.
- 2 Accipio cupidus et libens, tamquam si copiae cornu nactus essem, et recondo me penitus, ut sine arbitris legam.
- 3 At quae ibi scripta erant, pro Iuppiter, mera miracula! quo nomine fuerit qui primus "grammaticus" appellatus est; et quot fuerint Pythagorae nobiles, quot Hippocratae; et cuiusmodi fuisse

BOOK XIV. v. 4-VI. 3

had laid down, maintaining that *proprius*, *propitius*, *anxius* and *contrarius* ought to have the same form in the vocative case as *adversarius* and *extrarius*; that *inscius* also and *impus* and *ebrius* and *sobrius* were somewhat less commonly, nevertheless more correctly, made to end in that same case in the letter *i* rather than *e*. But as this contest of theirs was likely to be continued for some time, I did not think it worth while to listen to those same arguments any longer, and I left them shouting and wrangling.

VI

However, Julius Hyginus, who seems not to have been ignorant of pontifical law, in the fourth book of his work *On Virgil*, wrote³ that those victims were called *bidentes* which were so young that they had only two prominent teeth. I quote his own words: "The victim called *bidens* should have eight teeth, but of these two should be more prominent than the rest, to make it plain that they have passed from

¹ Frag. 81, Swoboda.

² iii, p. 566, Bremer.

³ Fr. 5, p. 27, Bunte.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

in maiorem transcendisse." Haec Hygini opinio an vera sit, non argui¹ argumentis, sed oculis videri² potest.

VII

Quod Laberius verba pleraque licentius petulantiusque finxit; et quod multis item verbis utitur de quibus an sint Latina quaeri solet.

- 1 LABERIUS, in mimis quos scriptitavit, oppido quam verba finxit praeicenter. Nam et "mendicimum
- 2 num" dicit et "moechimonium" et "adulterionem" "adulteritatemque" pro "adulterio" et "depudicavit" pro "stupravit" et "abluvium" pro "diluvis" et, quod in mimo ponit quem *Cophinum* inscripsit,³
- 3 "manuatus est" pro "furatus est" et item in *Fullone* furem "manuarium" appellat:

manuari (inquit) pudorem perdidisti,

- 4 multaque alia huiusmodi novat. Neque non obsoleta quoque et maculantia ex sordidiore vulgi usu ponit, quale est in *Stammariis*:

Tóllet bona fidé vos Orcus núdas in catómum.

- 5 Et "elutriare lintea" et "lavandaria" dicit, quae ad lavandum sint data, et:

¹ argui, an addition suggested by Hosvius; argumentis iudicari, Hertz (see crit. note 2).

² videri, Q; iudicari, ω.

³ inscripsit, Nonius n, p. 141. 2 (p. 205 Linds); scripsit, ω.

¹ Hyginus' explanation is the accepted one.

² v. 150, Ribbeck³. ³ *Id.* v. 39. ⁴ *Id.* v. 46.

⁵ *manuarus*, an adj. from *manus*, "hand" (e.g. *manuarum mola*, "a hand-mill"). The transition, in the sub-

BOOK XVI. VI. 15-VII. 5

infancy to a less tender age." Whether this opinion of Hyginus is true or not may be determined by observation without resort to argument.¹

VII

That Laberius formed many words freely and boldly, and that he even uses numerous words whose Latinity is often questioned.

LABERIUS, in the mimes which he wrote, coined words with the greatest possible freedom. For he said² *mendicimonium* for "beggary," *moechimonum*, *adulterio* or *adulteritas* for "adultery," *depudicavit* for "dishonoured," and *ablucium* for *diluvium*, or "deluge"; in the farce which he entitled *The Basket*³ he uses *manuatus est* for "he stole," and in *The Fuller*⁴ he calls a thief *manuarius*,⁵ saying :

Thief (*manuari*), you have lost your shame,

and he makes many other innovations of the same kind. He also used obsolete and obscene words, such as are spoken only by the dregs of the people, as in the *Spinners' Shop* :⁶

Orcus, in truth, will bear you on his shoulders
(*catomum*)⁷ nude.

He uses⁸ *elutriare* for "washing out" linen, and *lavandaria*, or "wash," of those things which are sent to be washed.

stantive, to the meaning "thief" is made easier by *manu-
arium aes*, "money won at dice," Gell. xviii. 13. 4.

⁶ v. 87, Ribbeck³.

⁷ *catomum* = κατ' ἄμων, *Thes. Ling. Lat. s.v.*

⁸ v. 151, Ribbeck³.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

coícior (inquit) in fullónicam,

et :

Quid próperas? ecquid praécurreis, caldónia? ¹

6 Item in *Restione* “talabarrunculos” dicit, quos vul-
7 gus “talabarriones,” item in *Computalibus* :

malas malaxavi,

8 item in *Cacomneme* :

Hic est (inquit)

Ílle gurdus, quém ego me abhinc ménses duos ex
África

Vénientem excepísse tibi narrávi,

9 item in mmo, qui inscribitur *Natalicius*,² “cippum”
dicit et “obbam” et “camellam” et “pittacium”
et “capitium” :

Indus (inquit) cápitium tunicae pittacium.

¹ caldoma, MSS. ; Caldomia, *Hosius* ; Caldoniam, *Ribbeck*.

² Natalicius, *Flickensen* ; nata, L. (1 X) ΠX ; nata, Z¹ ;
Natalia or Natta, *Bothe*.

¹ *Id.* v. 147. With *fullonicam*, sc. *artem* and see *Archiv für lat. Lex. u. Gram* x, p. 240.

² There is nothing unusual in the word *fullonica* ; hence the unusual word must be *conicior* (in this connection).

³ *Id.* v. 148. *Ribbeck's Calidoniám*, “would'st outstrip the Calidonian maid ? ” *v.e.* *Atalanta*, makes excellent sense ; but with that reading we have no odd or unusual word at all. *caldonia*, as a common noun, might mean “heater,” or bath attendant (so *Weiss*), or it might be derived from *calidus* in the sense of “quick, hasty.” There is nothing to indicate that it is a proper name, as *Hosius* takes it to be.

BOOK XVI. VII. 5-9

He says :¹

Into the fulling business I am hurled (*coicior*),²
and³

O heater (*caldonia*), what's your haste? Would'st
ought outstrip?

Also in the *Ropemaker*⁴ he applies the term *tala-*
barriunculi to those whom the general public call
talabarriones.⁵ He writes in the *Compitalia* :⁶

My jaws I've tamed (*malaxavi*),
and in *The Forgetful Man*,⁷

This is that dolt (*gurdus*) who, when two months
ago
From Africa I came, did meet me here,
As I did say.

Also in the farce entitled *Natalicius* he uses⁸ *cippus*
for a small column, *obba* for a cup, *camella* for a
bowl,⁹ *pittacium* for a flap¹⁰ and *capitium* for a breast-
band; the last-named passage reads :

A breast-band (*capitium*) you put on, the tunic's
flap (*pittacium*).

⁴ *Id.* v. 79. ⁵ The meaning is not known

⁶ *Id.* v. 37; *malaxavi*, from the Greek *μαλακίζω*. It is
clear that the choice of the word is due to the assonance, or
jingle, of *mala malaxavi*.

⁷ *Id.* v. 13. ⁸ *Id.* vv. 60 and 61.

⁹ Literally, "a little room," a diminutive of *camera*.

¹⁰ The *T. L. L.* defines *capitium* as *foramen tunicae capit-*
ium, which seems meaningless with *induis*. The Forcellini-
De Vit makes *capitium* a breast-band (= *strophium*) and
pittacium, "*plagula, segmentum quod vesti assuitur*," with
the explanation. "*quod, tamquam pittacium, tunicae adsutum*
et adfixum est."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 10 Praeterea in *Anna Peranna* "gubernium" pro "gubernatore" et "planum" pro "sycophanta" et "nanum" pro "pumilione" dicit; quamquam "planum" pro "sycophanta" M. quoque Cicero in oratione scriptum reliquit, quam *Pro Cluentio* dixit.
- 11 Atque item, in mimo qui *Saturnalia* inscriptus est, "botulum" pro "farcimine" appellat et "hominem
- 12 levennam" pro "levi." Item in *Necyomantia* "cocionem" pervulgate dicit, quem veteres "arillatorem" dixerunt. Verba Laberi haec sunt:

Duás uxores? hércle hoc plus negóti est, inquit,
cócio;

Séx aediles víderat.

- 13 Sed enim, in mimo quem inscripsit *Alexandriam*, eodem quidem quo vulgus, sed probe Latineque usus est Graeco vocabulo; "emplastrum" enim dixit οἰθητέρως, non genere feminino, ut isti novichi semidocti.
- 14 Verba ex eo mimo adposui:

Quíd est ius iurandum? émplastrum aeris álieni.

VIII

Quid significet et quid a nostris appellatum sit quod "axioma" dialectici dicunt; et quaedam alia quae prima in disciplina dialectica traduntur.

- 1 Cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessus fuit adire atque cognoscere quas
- 2 vocant dialectici εἰσαγωγάς. Tum, quia in primo

¹ v. 3, Ribbeck³. ² Greek πλάνος. ³ § 72.

⁴ v. 80, Ribbeck³.

⁵ *Id.* v. 63.

BOOK XVI. VII. 10-VIII 2

Further, in his *Anna Peranna* he uses ¹ *gubernius* for pilot, and *planus*² for sycophant, and *nanus* for dwarf; but Marcus Cicero also wrote *planus* for sycophant in the speech which he delivered *In Defence of Cluentius*.³ Moreover Laberius in the farce entitled *The Saturnalia*⁴ calls a sausage *botulus* and says *homo levanna* instead of *levis* or "slight." In the *Necyomantia* too he uses the very vulgar expression *cocio* for what our forefathers called *arillator* or "haggler." His words are these:⁵

Two wives? More trouble this, the haggler
(*cocio*) says;
Six aediles he had seen.⁶

However, in the farce which he called *Alexandrea*, he used⁷ the same Greek word which is in common use, but correctly and in good Latin form; for he put *emplastrum* in the neuter, not in the feminine gender, as those half-educated innovators of ours do. I quote the words of that farce:

What is an oath? A plaster (*emplastrum*) for a
debt.

VIII

The meaning of what the logicians call "an axiom," and what it is called by our countrymen; and some other things which belong to the elements of the dialectic art.

WHEN I wished to be introduced to the science of logic and instructed in it, it was necessary to take up and learn what the dialecticians call *εἰσαγωγαί* or "introductory exercises." Then because at first

⁶ Referring to the addition by Caesar of two *aediles cereales* to the two *plebei* and two *curules*; see note on x 6. 3

⁷ *Id.* v. 1.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- περὶ ἀξιωμαίων discendum, quae M. Varro alias “pro-
fata,” alias “proloquia” appellat, *Commentarium De*
Proloquiis L. Aeli, docti hominis, qui magister
Varronis fuit, studiose quaesivimus eumque in Pacis
3 bibliotheca repertum legimus. Sed in eo nihil edo-
center neque ad instituendum explanate scriptum
est, fecisseque videtur eum librum Aelius sui magis
admonendi quam aliorum docendi gratia.
- 4 Redimus igitur necessario ad Graecos libros Ex
quibus accepimus ἀξίωμα esse his verbis definitum: ¹
5 λεκτὸν αὐτοτελὲς ἀπόφαντον ὅσον ἐφ’ αὐτῷ. Hoc ego
supersedi vertere, quia novis et inconditis vocibus
utendum fuit, quas pati aures per insolentiam vix
6 possent. Sed M. Varro in libro *De Lingua Latina*
ad Ciceronem quarto vicesimo expeditissime ita
finit: “Proloquium est sententia in qua nihil deside-
ratur.”
- 7 Erit autem planius quid istud sit, si exemplum
eius dixerimus. Ἀξίωμα igitur, sive id “proloquium”
dicere placet, huiuscemodi est: “Hannibal Poenus
fuit”; “Scipio Numantiam delevit”; “Milo caedis
8 damnatus est”; “neque bonum est voluptas neque
malum”; et omnino quicquid ita dicitur plena
atque perfecta verborum sententia, ut id necesse sit
aut verum aut falsum esse, id a dialecticis ἀξίωμα
appellatum est, a M. Varrone, sicuti dixi, “prolo-
quium,” a M. autem Cicerone “pronuntiatum,” quo

¹ definitum added by Skutsch.

¹ Fr. 36, Wilmanns.

² *Vespasian's Temple of Peace in the Forum Pacis.*

³ p. 36, 15, Mentz

⁴ An absolute and self-evident proposition.

I had to learn about axioms, which Marcus Varro calls,¹ now *profata*, or "propositions," and now *proloquia*, or "preliminary statements," I sought diligently for the *Commentary on Proloquia* of Lucius Aelius, a learned man, who was the teacher of Varro; and finding it in the library of Peace,² I read it. But I found in it nothing that was written to instruct or to make the matter clear, but Aelius³ seems to have made that book rather as suggestions for his own use than for the purpose of teaching others.

I therefore of necessity returned to my Greek books. From these I obtained this definition of an axiom: λεκτὸν αὐτοτελὲς ἀπόφαιτον ὅσον ἐφ' αὐτῷ.⁴ This I forbore to turn into Latin, since it would have been necessary to use new and as yet uncoined words, such as, from their strangeness, the ear could hardly endure. But Marcus Varro in the twenty-fourth book of his *Latin Language*, dedicated to Cicero, thus defines the word very briefly:⁵ "A *proloquium* is a statement in which nothing is lacking."

But his definition will be clearer if I give an example. An axiom, then, or a preliminary proposition, if you prefer, is of this kind: "Hannibal was a Carthaginian"; "Scipio destroyed Numantia"; "Milo was found guilty of murder"; "pleasure is neither a good nor an evil"; and in general any saying which is a full and perfect thought, so expressed in words that it is necessarily either true or false, is called by the logicians an "axiom," by Marcus Varro, as I have said, a "proposition," but by Marcus Cicero⁶ a *pronuntiatum*, or "pronouncement,"

⁵ Fr. 36, Wilmanns.

⁶ *Tusc. Disp.* i 14.

ille tamen vocabulo tantisper uti se adtestatus est,
 "quoad melius," inquit, "invenero."

- 9 Sed quod Graeci *συννημμένον ἀξίωμα* dicunt, id alii nostrorum "adiunctum," alii "conexum" dixerunt. Id "conexum" tale est: "si Plato ambulat, Plato
 10 movetur"; "si dies est, sol super terras est." Item quod illi *συνμπεπλεγμένον*, nos vel "coniunctum" vel "copulatum" dicimus, quod est eiusdemmodi: "P. Scipio, Pauli filius, et bis consul fuit et triumphavit et censura functus est et collega in censura L.
 11 Mummi fuit." In omni autem coniuncto si unum est mendacium, etiamsi cetera vera sunt, totum esse mendacium dicitur. Nam si ad ea omnia quae de Scipione illo vera dixi, addidero "et Hannibalem in Africa superavit," quod est falsum, universa quoque illa quae coniuncte dicta sunt, propter hoc unum quod falsum accesserit, quia simul dicentur, vera non erunt.
- 12 Est item aliud quod Graeci *διεζευγμένον ἀξίωμα*, nos "disiunctum" dicimus. Id huiuscemodi est: "Aut malum est voluptas aut bonum, aut neque bonum
 13 neque malum est." Omnia autem quae disiunguntur pugnancia esse inter sese oportet, eorumque opposita, quae *ἀντικείμενα* Graeci dicunt, ea quoque ipsa inter se adversa esse. Ex omnibus quae disiunguntur
 14 unum esse verum debet, falsa cetera. Quod si aut nihil omnium verum aut omnia plurave quam unum vera erunt, aut quae disiuncta sunt non pugnabunt, aut quae opposita eorum sunt contraria inter sese non erunt, tunc id disiunctum mendacium est et

¹ Literally, "a connected axiom."

² Aelius Stilo, fr. iii. 21, p. 34, Mentz.

³ Two connected sentences of which the second follows as the result of the first.

a word however which he declared that he used "only until I can find a better one."

But what the Greeks call *συνημμένον ἀξίωμα*, or "a hypothetical syllogism,"¹ some of our countrymen² call *adiunctum*, others *conexum*.³ The following are examples of this: "If Plato is walking, Plato is moving"; "if it is day, the sun is above the earth." Also what they call *συνμπελεγμένον*, or "a compound proposition," we call *coniunctum* or *copulatum*; for example: "Publius Scipio, son of Paulus, was twice consul and celebrated a triumph, and held the censorship, and was the colleague of Lucius Mummius in his censorship." But in the whole of a proposition of this kind, if one member is false, even if the rest are true, the whole is said to be false. For if to all those true statements which I have made about that Scipio I add "and he worsted Hannibal in Africa," which is false, all those other statements which are made in conjunction will not be true, because of this one false statement which is made with them.

There is also another form, which the Greeks call *διεξευγμένον ἀξίωμα*, or "a disjunctive proposition," and we call *disiunctum*. For example: "Pleasure is either good or evil, or it is neither good nor evil." Now all statements which are contrasted ought to be opposed to each other, and their opposites, which the Greeks call *ἀντικείμενα*, ought also to be opposed. Of all statements which are contrasted, one ought to be true and the rest false. But if none at all of them is true, or if all, or more than one, are true, or if the contrasted things are not at odds, or if those which are opposed to each other are not contrary, then that is a false contrast and is called

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

appellatur *παραδιεξευγμένον*, sicuti hoc est, in quo quae opposita non sunt contraria: “Aut curris aut ambulas aut stas” Nam ipsa quidem inter se adversa sunt, sed opposita eorum non pugnant: “non ambulare” enim et “non stare” et “non currere” contraria inter sese non sunt, quoniam “contraria” ea dicuntur quae simul vera esse non queunt; possis enim simul eodemque tempore neque ambulare neque stare neque currere.

- 15 Sed hoc iam breve ex dialectica libamentum de-
16 disse nunc satis erit atque id solum addendum ad-
monendumque est, quod huius disciplinae studium
atque cognitio in principiis quidem taetra et asper-
nabilis insuavisque esse et inutilis videri solet, sed,
ubi aliquantum processeris, tum denique et emolu-
mentum eius in animo tuo dilucebit et sequitur
17 quaedam discendi voluptas insatiabilis, cui sane nisi
modum feceris, periculum non mediocre erit ne, ut
plerique alii, tu quoque in illis dialecticae gyris
atque meandris, tamquam apud Sirenios scopulos,
consenescas.

IX

Quid significet verbum in libris veterum creberrime positum
“susque deque.”

- 1 “SUSQUE deque fero” aut “susque deque sum”¹
aut “susque deque habeo”—his enim omnibus modis

¹ aut s. d. sum, added by Hertz; aut s. d. est, Skutsch.

BOOK XVI. VIII. 14-IX. 1

παραδιζευγμένον. For instance, this case, in which the things which are opposed are not contraries. "Either you run or you walk or you stand." These acts are indeed contrasted, but when opposed they are not contrary; for "not to walk" and "not to stand" and "not to run" are not contrary to one another, since those things are called "contraries" which cannot be true at the same time. But you may at once and at the same time neither walk, stand, nor run.

But for the present it will be enough to have given this little taste of logic, and I need only add by way of advice, that the study and knowledge of this science in its rudiments does indeed, as a rule, seem forbidding and contemptible, as well as disagreeable and useless. But when you have made some progress, then finally its advantages will become clear to you, and a kind of insatiable desire for acquiring it will arise; so much so, that if you do not set bounds to it, there will be great danger lest, as many others have done, you should reach a second childhood amid those mazes and meanders of logic, as if among the rocks of the Sirens.

IX

The meaning of the expression *susque deque*, which occurs frequently in the books of early writers.

*SUSQUE deque fero, susque deque sum, or susque deque habeo*¹—for all these forms occur, meaning "it's all

¹ *Susque deque*, "both up and down," is an expression denoting indifference. It occurs without a verb in Cic *ad Att.* xiv 6 1, *de Octavio susque deque*. See Paul. Fest. p. 271 Linds., *susque deque significat plus minusve*.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

dicitur—verbum est ex hominum doctorum sermonibus. In poematis quoque et in epistulis veterum scriptum est plurifariam; sed facilius reperias qui
 2 verbum ostendent quam qui intellegant. Ita plerique nostrum quae remotiora verba invenimus dicere
 3 ea properamus, non discere. Significat autem “susque deque ferre” animo aequo esse et quod accidit non magni pendere atque interdum neglegere et contemnere, et propemodum id valet quod dicitur
 4 Graece ἀδιαφορεῖν. Laberius in *Compitalibus*.

Núnc tu lentu's, núnc tu susque deque fers;
 Matér familias túa in lecto adversó sedet,
 Servós sextantis útitur nefáriis
 Verbís.

5 M. Varro in *Sisenna vel De Historia*: “Quod si non horum omnium similia essent principia ac post-
 6 principia, susque deque esset.” Lucilius in tertio:

Verum haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt,
 Susque et deque fuere, inquam, omnia, ludus
 iocusque;
 Illud opus durum, ut Setinum accessimus finem:
 Αἰγίλιπτοι¹ montes, Aetnae omnes, asperi Athones.

¹ aiglepes, *Marx*.

one to me"—is an expression used in the everyday language of cultivated men. It occurs frequently in poems too and in the letters of the early writers; but you will more readily find persons who flaunt the phrase than who understand it. So true is it that many of us hasten to use out-of-the-way words that we have stumbled upon, but not to learn their meaning. Now *susque deque ferre* means to be indifferent and not to lay much stress upon anything that happens; sometimes it means to neglect and despise, having about the force of the Greek word ἀδιαφορεῖν. Laberius says in his *Comptalia*:¹

Now you are dull, now 'tis all one to you (*susque deque fers*);
Your wife sits by you on the marriage bed,²
A penny slave unseemly language dares.

Marcus Varro in his *Sisenna, or On History* says: ³
"But if all these things did not have similar beginnings and sequels, it would be all one (*susque deque esset*)" So Lucilius in his third book writes.⁴

All this was sport, to us it was all one (*susque deque fuerunt*),
All one it was, I say, all sport and play;
That was hard toil, when we gained Setia's
bourne:
Goat-traversed heights, Aetnas, rough Athoses.

¹ v. 29, Ribbeck³

² The marriage bed in the early Roman house stood in the atrium, opposite the door, whence it was called *lectus adversus*; in later times a symbolic bed stood in the same place

³ 256, Riese.

⁴ 110 ff., Marx

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

X

Quid sint "proletarii," quid "capite censi"; quid item sit in *XII. Tabulis* "adsiduus"; et quae eius vocabuli ratio sit.

- 1 OTIUM erat quodam die Romae in foro a negotiis et laeta quaedam celebritas feriarum legebaturque in consessu forte conplurium Enni liber ex *Annalibus* In eo libro versus hi fuerunt :

Proletarius publicitus scutisque feroque
Ornatur ferro ; muros urbemque forumque
Excubis curant.

- 2 Tum ibi quaeri coeptum est, quid esset "proletarius."
3 Atque ego, aspiciens quempiam in eo circulo ius civile callentem, familiarem meum, rogabam ut id
4 verbum nobis enarraret, et cum illic se iuris, non rei grammaticae peritum esse respondisset, "Eo maxime," inquam, "te dicere hoc oportet, quando,
5 ut praedicas, peritus iuris es. Nam Q. Ennius verbum hoc ex *Duodecim Tabulis* vestris accepit, in quibus, si recte commemini, ita scriptum est :
6 'Adsiduo vindex adsiduus esto. Proletario iam civi¹ quis volet vindex esto.' Petimus igitur ne *Annalem* nunc Q. Ennii, sed *Duodecim Tabulas* legi arbitrere

¹ CIVI CUI, ω ; cui *deleted by Scholl.*

¹ *Ann* 183 ff

² 1. 4

³ The *vindex* is here one who voluntarily agrees to go before the magistrate as the representative of the defendant,

X

The meaning of *proletarii* and *capite censi*; also of *adsiduius* in the *Twelve Tables*, and the origin of the word

ONE day there was a cessation of business in the Forum at Rome, and as the holiday was being joyfully celebrated, it chanced that one of the books of the *Annals* of Ennius was read in an assembly of very many persons. In this book the following lines occurred:¹

With shield and savage sword is Proletarius
armed
At public cost; they guard our walls, our mart
and town.

Then the question was raised there, what *proletarius* meant. And seeing in that company a man who was skilled in the civil law, a friend of mine, I asked him to explain the word to us; and when he rejoined that he was an expert in civil law and not in grammatical matters, I said: "You in particular ought to explain this, since, as you declare, you are skilled in civil law. For Quintus Ennius took this word from your *Twelve Tables*, in which, if I remember aright, we have the following:² 'For a freeholder let the protector³ be a freeholder. For a proletariate citizen⁴ let whoso will be protector.' We therefore ask you to consider that not one of the books of Quintus Ennius' *Annals*, but the *Twelve*

and thereby takes upon himself the action in the stead of the latter (Allen, *Remnants of Early Latin*, p. 85).

⁴ The *proletarii* (cf. *proles*) were "child-producers," who made no other contribution to the State; see § 13

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

et quid sit in ea lege 'proletarius .civis' interpre-
 7 tere" "Ego vero," inquit ille, "dicere atque
 interpretari hoc deberem, si ius Faunorum et
 8 Aboriginum didicissem. Sed enim cum 'proletarii'
 et 'adsidui' et 'sanates' et 'vades' et 'subvades'
 et 'viginti quinque asses' et 'taliones' furtorumque
 quaestio 'cum lance et licio' evanuerint omnisque
 illa *Duodecim Tabularum* antiquitas, nisi in legis
 actionibus centumviralium causarum lege Aebutia
 lata consopita sit, studium scientiamque ego prae-
 stare debeo iuris et legum vocatione earum quibus
 utimur."

- 9 Tum forte quadam Iulium Paulum, poetam memo-
 riae nostrae doctissimum, praetereuntem conspeximus.
 10 Is a nobis salutatur, rogatusque uti de sententia de-
 que ratione istius vocabuli nos doceret, "Qui in plebe,"
 inquit, "Romana tenuissimi pauperrimique erant ne-
 que amplius quam mille quingentum aeris in censum
 deferebant, 'proletarii' appellati sunt, qui vero nullo
 aut perquam parvo aere censebantur, 'capite censi'
 vocabantur, extremus autem census capite censorum
 11 aeris fuit trecentis septuaginta quinque. Sed quo-
 niam res pecuniaque familiaris obsidis vicem pignoris-
 que esse apud rempublicam videbatur amorisque in
 patriam fides quaedam in ea firmamentumque erat,
 neque proletarii neque capite censi milites, nisi in
 tumultu maximo, scribebantur, quia familia pecu-

¹ *XII Tab.* i. 4, 5, 10; viii. 2, 4, 15 For *proletarii* see note, p. 167. The *adsidui* were "permanent settlers," or taxpayers, belonging to one of the five upper Servian classes. The *sanates* seem to have been clients or dependents of the wealthy Roman citizens. *Vades* were sureties, who gave bail; *subvades*, sub-sureties, who gave security for the bail. On *viginti quinque asses*, the penalty for an assault, see xx.

Tables are being read, and interpret the meaning of 'proletariate citizen' in that law." "It is true," said he, "that if I had learned the law of the Fauns and Aborigines, I ought to explain and interpret this. But since *proletaru*, *adsidui*, *sanates*, *vades*, *subvades*, 'twenty-five asses,' 'retaliation,' and trials for theft 'by plate and girdle'¹ have disappeared, and since all the ancient lore of the *Twelve Tables*, except for legal questions before the court of the *centumviri*, was put to sleep by the Aebutian law,² I ought only to exhibit interest in, and knowledge of, the law and statutes and legal terms which we now actually use"

Just then, by some chance, we caught sight of Julius Paulus passing by, the most learned poet within my recollection. We greeted him, and when he was asked to enlighten us as to the meaning and derivation of that word, he said. "Those of the Roman commons who were humblest and of smallest means, and who reported no more than fifteen hundred asses at the census, were called *proletarii*, but those who were rated as having no property at all, or next to none, were termed *capite censi*, or 'counted by head.' And the lowest rating of the *capite censi* was three hundred and seventy-five asses. But since property and money were regarded as a hostage and pledge of loyalty to the State, and since there was in them a kind of guarantee and assurance of patriotism, neither the *proletarii* nor the *capite censi* were enrolled as soldiers except in some time of extraordinary disorder, because they had

1. 12, for *taliones*, xx. 1. 14; and for *cum lance et hinc*, note on xi 18 9.

² The date is unknown.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 12 *maque his aut tenuis aut nulla esset. Proletariorum*
 tamen ordo honestior aliquanto et re et nomine
- 13 *quam capite censorum fuit; nam et asperis rei-*
publicae temporibus, cum iuventutis inopia esset, in
militiam tumultuariam legebantur armaque is sumptu
publico praebebantur, et non capitis censione, sed
prosperiore vocabulo a munere officioque prolis
edendae appellati sunt, quod, cum re familiari parva
minus possent rempublicam iuvare, subolis tamen
- 14 *gignendae copia civitatem frequentarent. Capite*
census autem primus C. Marius, ut quidam ferunt
bello Cimbrico, difficillimis reipublicae temporibus,
vel potius, ut Sallustius ait, bello Iugurthino, milites
scripsisse traditur, cum id factum ante in nulla
- 15 *memoria extaret ‘Adsidiuus’ in XII. Tabulis pro*
locuplete et facile facienti dictus aut ab assibus,¹
id est, aere dando, cum id tempora reipublicae
postularent, aut a muneris pro familiari copia
faciendi adsiduitate.”
- 16 *Verba autem Sallusti in Historia Iugurthina de*
C. Mario consule et de capite census haec sunt:
 “Ipse interea milites scribere, non more maiorum
 nec ex classibus, sed ut libido cuiusque erat, capite
 census plerosque. Id factum alii inopia bonorum,

¹ ab assiduis ω ; corrected in σ Hosius suggests assanus, comparing Varro, *L.L.* viii. 71; *Gram. Lat.* i. 76 3 K.

¹ That is, to meet a *tumultus*, “a rebellion” or irregular warfare. At first used as a military term, *tumultuarius* later acquired a general sense, cf. *tumultuario rogo*, “on a hastily erected pyre,” Suet. *Calig.* lix.

² i. 4, 10.

³ *locuples* seems to be derived from *locus*, in the sense of “land,” and the root *ple-* of *pleo* and *plenus*.

⁴ Both these derivations are fanciful; *adsidiuus* is connected with *adsideo*, as the grammarian Caper knew

little or no property and money. However, the class of *proletarii* was somewhat more honourable in fact and in name than that of the *capite censi*; for in times of danger to the State, when there was a scarcity of men of military age, they were enrolled for hasty service,¹ and arms were furnished them at public expense. And they were called, not *capite censi*, but by a more auspicious name derived from their duty and function of producing offspring, for although they could not greatly aid the State with what small property they had, yet they added to the population of their country by their power of begetting children. Gaius Marius is said to have been the first, according to some in the war with the Cimbri in a most critical period for our country, or more probably, as Sallust says, in the Jugurthine war, to have enrolled soldiers from the *capite censi*, since such an act was unheard of before that time. *Adsidius* in the *Twelve Tables*² is used of one who is rich and well to do,³ either because he contributed 'asses' (that is, money) when the exigencies of the State required it, or from his 'assiduity' in making contributions according to the amount of his property."⁴

Now the words of Sallust in the *Jugurthine War* about Gaius Marius and the *capite censi* are these:⁵ "He himself in the meantime enrolled soldiers, not according to the classes, or in the manner of our forefathers, but allowing anyone to volunteer, for the most part the lowest class (*capite censis*). Some say that he did this through lack of good men, (*Gram. Lat.* vii. 108. 5, Keil), and means "a permanent settler"

⁵ *Jug.* lxxxvi. 2.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

alii per ambitionem consulis memorabant, quod ab eo genere celebratus auctusque erat, et homini potentiam quaerenti egentissimus quisque oportunissimus."

XI

Historia ex Herodoti libris sumpta de Psylloium interitu, qui in Syrtibus Africanis colebant

- 1 GENS in Italia Marsorum orta fertur a Circae filio.
- 2 Propterea Marsis hominibus, quorum dumtaxat familiae cum externis cognationibus nondum etiam permixtae corruptaeque sunt, vi quadam genitalem datum ut et serpentium virulentorum domitores sint et incentionibus herbarumque sucis faciant medellarum miracula.
- 3 Hac eadem vi praeditos esse quosdam¹ videmus, qui "Psylli" vocantur. Quorum super nomine et genere cum in veteribus litteris quaesissem,¹ in quarto denique Herodoti libro fabulam de Psyllis
- 4 hanc invenimus: Psyllos quondam fuisse in terra Africa conterminos Nasamonibus Austrumque in finibus eorum quodam in tempore perquam validum
- 5 ac diutinum flavisse; eo flatu aquam omnem in locis
- 6 in quibus colebant exaruisse; Psyllos, re aquaria defectos, eam iniuriam graviter Austro susceperunt decretumque fecisse, uti armis sumptis ad Austrum, proinde quasi ad hostem, iure belli res petita pro-
- 7 ficiscerentur. Atque ita profectis ventum Austrum

¹ quaesissemus, *Kronenberg*.

¹ iv. 173.

others because of a desire to curry favour, since that class had given him honour and rank, and as a matter of fact, to one who aspires to power the poorest man is the most helpful”

XI

A story taken from the books of Herodotus about the destruction of the *Psylli*, who dwelt in the African *Syrtes*.

THE race of the Marsians in Italy is said to have sprung from the son of Circe. Therefore it was given to the Marsic men, provided their families were not stained through the admixture of foreign alliances, by an inborn hereditary power to be the subduers of poisonous serpents and to perform wonderful cures by incantations and the juices of plants.

We see certain persons called *Psylli* endowed with this same power. And when I had sought in ancient records for information about their name and race, I found at last in the fourth book of Herodotus¹ this story about them: that the *Psylli* had once been neighbours in the land of Africa of the *Nasamones*, and that the South Wind at a certain season in their territories blew very long and hard; that because of that gale all the water in the regions which they inhabited dried up; that the *Psylli*, deprived of their water supply, were grievously incensed at the South Wind because of that injury and voted to take up arms and march against the South Wind as against an enemy, and demand restitution according to the laws of war. And when they had thus set out, the South Wind

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

magno spiritus agmine venisse obviam eosque universos cum omnibus copis armisque, cumulis montibusque harenarum supervectis, operuisse. Eo facto
8 Psyllos ad unum omnis interisse, itaque eorum fines a Nasamombus occupatos.

XII

De his vocabulis quae Cloatius Verus aut satis commode aut nimis absurde et inlepide ad origines linguae Graecae redigit.

- 1 CLOATIUS VERUS in libris quos inscripsit *Verborum a Graecis Tractorum*, non pauca hercle dicit curiose et sagaciter conquisita, neque non tamen quaedam
2 futilia et frivola. "Errare," inquit, "dictum est ἀπὸ τοῦ ἔρρειν," versumque infert Homeri, in quo id verbum est:

Ἐρρ' ἐκ νήσου θάσσον, ἐλέγχιστε ζώντων.

- 3 Item "alucinari" factum scripsit ex eo, quod dicitur Graece ἀλύειν, unde "elucum" quoque esse dictum putat, *a* littera in *e* versa, tarditatem quandam animi et stuporem, qui alucinantibus plerumque usu venit.
- 4 Item "fascinum" appellatum¹ quasi "bascanum" et "fascinare" esse quasi "bascinare."
- 5 Commode haec sane omnia et conducenter. Sed in libro quarto: "Faenerator," inquit, "appellatus

¹ appellatum, *Skutsch*; appellat, *ω*.

¹ p. 31, Egger.

³ Ἰκ βασκάνιον.

² *Odys* x. 72

⁴ Ἰκ βασκαίνω.

BOOK XVI. XI. 7—XII. 5

came to meet them with a great blast of air, and piling upon them mountainous heaps of sand, buried them all with their entire forces and arms. Through this act the Psylli all perished to a man, and accordingly their territories were occupied by the Nasamones.

XII

Of those words which Cloatius Verus referred to a Greek origin, either quite fittingly or too absurdly and tastelessly.

CLOATIUS VERUS, in the books which he entitled *Words taken from the Greek*, says not a few things indeed which show careful and keen investigation, but also some which are foolish and trifling. "*Errare* (to err)," he says,¹ "is derived from the Greek ἔρρειν," and he quotes a line of Homer in which that word occurs:²

Swift wander (ἔρρειν) from the isle, most wretched man.

Cloatius also wrote that *alucmari*, or "dream," is derived from the Greek ἀλύειν, or "be distraught," and from this he thinks that the word *elucus* also is taken, with a change of *a* to *e*, meaning a certain sluggishness and stupidity of mind, which commonly comes to dreamy folk. He also derives *fascinum*, or "charm," as if it were *bascanum*,³ and *fascinare*, as if it were *bascinare*,⁴ or "bewitch."

All these are fitting and proper enough. But in his fourth book he says:⁵ "*Faenerator* is equivalent to

⁵ p. 32, Egger.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- est quasi φαινεράτωρ, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον, quoniam id genus hominum¹ speciem ostentent humanitatis et commodi esse videantur
- 6 mopibus nummos desiderantibus," idque dixisse ait Hypsicraten quempiam grammaticum, cuius libri sane nobiles sunt super his, quae a Graecis accepta sunt. Sive hoc autem ipse Cloatius sive nescio quis alius nebulo effutivit, nihil potest dici insulsus.
- 7 "Faenerator" enim, sicuti M. Varro in libro tertio *De Sermone Latino* scripsit, a faenore est nominatus, "faenus" autem dictum ait a fetu et quasi a fetura quadam pecuniae parentis atque incres-
- 8 centis. Idcirco et M. Catonem et ceteros aetatis eius "feneratorem" sine *a* littera pronuntiasset tradit, sicuti "fetus" ipse et "fecunditas" appellata.

XIII

Quid sit "municipium" et quid a "colonia" differat; et quid sint "municipes" quaeque sit eius vocabuli ratio ac proprietas; atque imbi, quod divus Hadrianus in senatu de iure atque vocabulo municipum verba fecit

- 1 "MUNICIPES" et "municipia" verba sunt dictu facilia et usu obvia, et neutiquam reperias qui haec dicit, quin scire se plane putet quid dicat. Sed
- 2 profecto aliud est, atque aliter dicitur. Quotus enim fere nostrum est, qui, cum ex colonia populi Romani sit, non se "municipem" esse et populares

¹ homines, *Skutsch*.

¹ Frag 62, Wilmanns.

² Thurneysen, *T.L.L.* s.v. *fenus*, thinks this derivation

BOOK XVI. XII. 5-XIII. 2

φαινεράτωρ, meaning ‘to appear at one’s best,’ since that class of men present an appearance of kindness and pretend to be accommodating to poor men who are in need of money”, and he declared that this was stated by Hypsicrates, a grammarian whose books on *Words Borrowed from the Greeks* are very well known. But whether Cloatius himself or some other blockhead gave vent to this nonsense, nothing can be more silly. For *faenerator*, as Marcus Varro wrote in the third book of his *Latin Diction*,¹ “is so called from *faenus*, or ‘interest,’ but *faenus*,” he says, “is derived from *fetus*,² or ‘offspring,’ and from a birth, as it were, from money, producing and giving increase.” Therefore he says that Marcus Cato³ and others of his time pronounced *fenerator* without the letter *a*, just as *fetus* itself and *ferunditas* were pronounced.

XIII

The meaning of *municipium* and how it differs from *colonia*; and what *municipes* are and the derivation and proper use of that word; and also what the deified Hadrian said in the senate about the name and rights of *municipes*.

MUNICIPES and *municipia* are words which are readily spoken and in common use, and you would never find a man who uses them who does not think that he understands perfectly what he is saying. But in fact it is something different, and the meaning is different. For how rarely is one of us found who, coming from a colony of the Roman people, does not say what is far removed from reason and from truth,

is perhaps correct, we may compare Greek *τόκος*, which means both “offspring” and “interest.”

³ Frag. inc 62, Jordan.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

suos "municipes" esse dicat, quod est a ratione et
3 a veritate longe aversum? Sic adeo et "municipia"
quid et quo iure sint quantumque a "colonia"
differant ignoramus, existimamusque meliore con-
dicione esse "colonias" quam "municipia."

4 De cuius opinionis tam promiscuae erroribus
divus Hadrianus in oratione, quam *De Italicensibus*,
unde ipse ortus fuit, in senatu habuit, peritissime
disseruit mirarique se ostendit quod et ipsi Itali-
censes et quaedam item alia municipia antiqua, in
quibus Uticenses nominat, cum suis moribus legi-
busque uti possent, in ius coloniarum mutari gesti-
5 verint. Praenestinos autem refert maximo opere a
Tiberio imperatore petisse orasseque ut ex colonia
in municipii statum redigerentur, idque illis Tiberium
pro ferenda gratia tribuisse, quod in eorum finibus
sub ipso oppido ex capitali morbo revaluisset.

6 "Municipes" ergo sunt cives Romani ex municipiis,
legibus suis et suo iure utentes, muneris tantum
cum populo Romano honorari participes, a quo
munere capessendo appellati videntur, nullis aliis
necessitatibus neque ulla populi Romani lege ad-
stricti, nisi in quam populus eorum fundus factus
7 est. Primos autem municipes sine suffragii iure
Caerites esse factos accepimus concessumque illis
ut civitatis Romanae honorem quidem caperent, sed
negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro sacris

¹ *O. R. F.* ² p 608 Italica was a city of Spain on the river Baetis, opposite Hispalis (Seville). It was founded by Scipio Africanus the Elder and peopled by his veterans; whence the name "the Italian city" It was the birthplace of Trajan and Hadrian.

² Such as serving in the legions and not among the auxiliaries.

³ For *fundus* cf XIX. 8 12.

namely, that he is *municipes* and that his fellow citizens are *municipes*? So general is the ignorance of what *municipia* are and what rights they have, and how far they differ from a "colony," as well as the belief that *coloniae* are better off than *municipia*.

With regard to the errors in this opinion which is so general the deified Hadrian, in the speech which he delivered in the senate *In Behalf of the Italicensis*,¹ from whom he himself came, discoursed most learnedly, showing his surprise that the Italicensis themselves and also some other ancient *municipia*, among whom he names the citizens of Utica, when they might enjoy their own customs and laws, desired instead to have the rights of colonies. Moreover, he asserts that the citizens of Praeneste earnestly begged and prayed the emperor Tiberius that they might be changed from a colony into the condition of a *municipium*, and that Tiberius granted their request by way of conferring a favour, because in their territory, and near their town itself, he had recovered from a dangerous illness.

Municipes, then, are Roman citizens from free towns, using their own laws and enjoying their own rights, merely sharing with the Roman people an honorary *munus*, or "privilege"² (from the enjoyment of which privilege they appear to derive their name), and bound by no other compulsion and no other law of the Roman people, except such as their own citizens have officially ratified.³ We learn besides that the people of Caere were the first *municipes* without the right of suffrage, and that it was allowed them to assume the honour of Roman citizenship, but yet to be free from service and burdens, in return for receiving and guarding sacred

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

bello Gallico receptis custoditisque. Hinc "tabulae Caerites" appellatae versa vice, in quas censores referri iubebant quos notae causa suffragiis privabant.

- 8 Sed "coloniarum" alia necessitudo est; non enim veniunt extrinsecus in civitatem nec suis radicibus nituntur, sed ex civitate quasi propagatae sunt et iura institutaque omnia populi Romani, non sui
9 arbitri, habent. Quae tamen condicio, cum sit magis obnoxia et minus libera, potior tamen et praestabilior existimatur propter amplitudinem maiestatemque populi Romani, cuius istae coloniae quasi effigies parvae simulacraque esse quaedam videntur, et simul quia obscura obliterataque sunt municipiorum iura, quibus uti iam per innotitiam non queunt.

XIV

Quod M. Cato differre dixit "properare" et "festinare"; et quam incommode Verrius Flaccus verbi quod est "festinat" ἔρτυμον interpretatus est

- 1 "FESTINARE" et "properare" idem significare
2 atque in eandem rem dici videntur. Sed M. Cato id differre existimat eaque hoc modo divisa—verba sunt ipsius ex oratione, quam *De Suis Virtutibus*

¹ Their government was modelled on that of Rome, with a senate (*decuriones*), two chief magistrates (*IIviri iure dicundo*), elected annually, etc.

objects during the war with the Gauls. Hence by contraries those tablets were called *Caerites* on which the censors ordered those to be enrolled whom they deprived of their votes by way of disgrace.

But the relationship of the "colonies" is a different one; for they do not come into citizenship from without, nor grow from roots of their own, but they are as it were transplanted from the State and have all the laws and institutions of the Roman people, not those of their own choice. This condition, although it is more exposed to control and less free, is nevertheless thought preferable and superior because of the greatness and majesty of the Roman people, of which those colonies seem to be miniatures, as it were, and in a way copies;¹ and at the same time because the rights of the municipal towns become obscure and invalid, and from ignorance of their existence the townsmen are no longer able to make use of them.

XIV

That Marcus Cato said there was a difference between *properare* and *festinare*, and how inappropriately Verrius Flaccus explained the origin of the latter word.

FESTINARE and *properare* seem to indicate the same thing and to be used of the same thing. But Marcus Cato thinks that there is a difference, and that the difference is this—I quote his own words from the speech which he pronounced *On his Own Merits*:²

² p. 44. 4, Jordan.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

habuit—: “Aliud est ‘properare,’ aliud ‘festinare.’ Qui unum quid mature transigit, is properat; qui multa simul incipit neque perficit, is festinat.”

- 3 Verrius Flaccus rationem dicere volens differentiae huius: “‘Festinat,’” inquit, “a fando dicitur, quoniam isti ignaviores, qui nihil perficere possunt, 4 plus verborum quam operae habent.” Sed id nimis coactum atque absurdum videtur neque tanti esse momenti potest prima in utroque verbo littera, ut propter eam unam tam diversa verba “festinare” 5 et “fari” eadem videri debeant. Commodius autem propiusque visum est, “festinare” esse quasi “fessum esse.” Nam qui multis simul rebus properandis defessus est, is iam non properat, set festinat

XV

Quid Theophrastus mirum de perdibus scriptum reliquerit et quid Theopompus de leporeibus.

- 1 THEOPHRASTUS, philosophorum peritissimus, omnes in Paphlagonia perdices bina corda habere dicit, Theopompus in Bisaltia lepores bina iecora.

¹ p. xv, Müller.

“It is one thing to hasten (*properare*), another to hurry (*festinare*). He who finishes some one thing in good season, hastens (*properat*); one who begins many things at the same time but does not finish them, hurries (*festinat*).”

Verrius Flaccus, wishing to explain the nature of this difference, says:¹ “*Festinat* is derived from *for* (to speak), since those idle folk who can accomplish nothing talk more than they act.” But that seems too forced and absurd, nor can the first letter of the two words be of such weight that because of it such different words as *festino* and *for* should appear to be the same. But it seems more fitting and closer to explain *festinare* as equivalent to *fessum esse* or “be wearied.” For one who tires himself out by hastily attacking many things at once no longer hastens, but hurries.²

XV

The strange thing recorded of partridges by Theophrastus
and of hares by Theopompus

THEOPHRASTUS, most expert of philosophers, declares³ that in Paphlagonia all the partridges have two hearts, Theopompus,⁴ that in Bisaltia the hares have two livers each.

² Both derivations are fanciful. *Festino* is related to *confestim*, but its origin is uncertain.

³ Frag. 182, Wimmer.

⁴ *F.H.G.* i. 301.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

XVI

“Agrippas” a partus aegri et inprosperi vitio appellatos; deque his deabus quae vocantur “Prorsa” et “Postverta.”

- 1 QUORUM in nascendo non caput, sed pedes primi
extiterant, qui partus difficillimus aegerrimusque
habetur, “Agrippae” appellati, vocabulo ab aegri-
2 tudine et pedibus conficto. Esse autem pueros in
utero Varro dicit capite infimo nixos, sursum pedibus
elatis, non ut hominis natura est, sed ut arboris.
3 Nam pedes cruraque arboris ramos appellat, caput
4 stirpem atque caudicem. “Quando igitur,” inquit,
“contra naturam forte conversi in pedes, brachiis
plerumque diductis, retineri solent, aegriusque tunc
mulieres enituntur, huius periculi deprecandi gratia
arae statutae sunt Romae duabus Carmentibus,
quarum altera ‘Postverta’ cognominatast, ‘Prorsa’
altera, a recti perversique partus et potestate et
nomine.”

XVII

Quae ratio vocabuli sit agri Vaticanum

- 1 ET agrum Vaticanum et eiusdem agri deum praesidem appellatum acceperamus a vaticiniis quae vi

¹ *Ant. Rer. Div* xiv, frag. 17^b, Agahd

² Carmenta was a birth-goddess, whose festival, the Carmentalia (or Karmentalia) occurred on Jan. 11 and 15. The *Carmentes* may originally have been wise women who

XVI

That the name *Agrippa* was given to those whose birth was difficult and unnatural ; and of the goddesses called *Prorsa* and *Postverta*.

THOSE at whose birth the feet appeared first, instead of the head, which is considered the most difficult and dangerous form of parturition, are called *Agrippae*, a word formed from *aegritudo*, or "difficulty," and *pedes* (feet). But Varro says¹ that the position of children in the womb is with the head lowest and the feet raised up, not according to the nature of a man, but of a tree. For he likens the branches of a tree to the feet and legs, and the stock and trunk to the head. "Accordingly," says he, "when they chanced to be turned upon their feet in an unnatural position, since their arms are usually extended they are wont to be held back, and then women give birth with greater difficulty. For the purpose of averting this danger altars were set up at Rome to the two Carmentes,² of whom one was called *Postverta*,³ the other *Prorsa*,⁴ named from natural and unnatural births, and their power over them."

XVII

Of the origin of the term *ager Vaticanus*.

WE had been told that the *ager Vaticanus*, or "Vatican region," and the presiding deity of the same place, took their names from the *vaticina*, or assisted at births and were later deified (Fowler, *Roman Festivals*, pp 290 ff.).

³ That is, head foremost.

⁴ That is, feet foremost.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- atque instinctu eius dei in eo agro fieri solita essent.
- 2 Sed praeter hanc causam M. Varro in libris *Divinarum* aliam esse tradit istius nominis rationem: "Nam sicut Aius," inquit, "deus appellatus araque ei statuta est quae est infima nova via, quod eo in loco divinitus vox edita erat, ita Vaticanus deus nominatus penes quem essent vocis humanae initia, quoniam pueri, simul atque parti sunt, eam primam vocem edunt quae prima in Vaticano syllabast idcircoque 'vagire' dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis."

XVIII

Lepida quaedam et memoratu et cognitu de parte geometriae quae *ὀπτική* appellatur, et item alia quae *κανονική*, et tertia itidem quae dicitur *μετρική*.

- 1 PARS quaedam geometriae *ὀπτική* appellatur quae ad oculos pertinet, pars altera, quae ad auris, *κανονική* vocatur, qua musici ut fundamento artis suae
- 2 utuntur. Utraque harum spatii et intervallis linearum et ratione numerorum constat
- 3 *Ὀπτική* facit multa demiranda id genus, ut in speculo uno imagines unius rei plures appareant; item ut speculum in loco certo positum nihil imaginet, aliorsum translatum faciat imagines; item si rectus speculum spectes, imago fiat tua eiusmodi, ut

¹ Frag. 20^b, Agahd.

“prophecies,” which were wont to be made in that region through the power and inspiration of that god. But in addition to that reason Marcus Varro, in his *Antiquities of the Gods*, states¹ that there is another explanation of the name: “For,” says he, “just as Aius was called a god and the altar was erected in his honour which stands at the bottom of the Nova Via, because in that place a voice from heaven was heard, so that god was called *Vaticanus* who controls the beginnings of human speech, since children, as soon as they are born, first utter the sound which forms the first syllable of *Vaticanus*; hence the word *vagire* (‘cry’), which represents the sound of a new-born infant’s voice.”

XVIII

Some interesting and instructive remarks about that part of Geometry which is called “Optics”; of another part called “Harmony,” and also of a third called “Metric.”

A PART of Geometry which relates to the sight is called *ὀπτική* or “Optics,” another part, relating to the ears, is known as *κανονική*, or “Harmony,” which musicians make use of as the foundation of their art. These are concerned respectively with the spaces and the intervals between lines and with the theory of musical numbers.

Optics effect many surprising things, such as the appearance in one mirror of several images of the same thing; also that a mirror placed in a certain position shows no image, but when moved to another spot gives reflections; also that if you look straight into a mirror, your reflection is such that your head

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

caput deorsum videatur, pedes sursum. Reddit etiam causas ea disciplina cur istae quoque visiones fallant, ut quae in aqua conspiciuntur maiora ad oculos fiant, quae procul ab oculis sunt, minora.

- 4 *Κανονική* autem longitudines et altitudines vocis emetitur. Longior mensura vocis *ῥυθμός* dicitur, 5 altior *μέλος*. Est et alia species *κανονικῆς*, quae appellatur *μετρική*, per quam syllabarum longarum et brevium et mediocrium iunctura et modus congruens cum principis geometriae aurum mensura examinatur. 6 “Sed haec,” inquit M. Varro, “aut omnino non discimus aut prius desistimus quam intellegamus cur discenda sint. Voluptas autem,” inquit, “vel utilitas talium disciplinarum in postprincipis existit, cum perfectae absolutaeque sunt; in principis vero ipsis ineptae et insuaves videntur.”

XIX

Sumpta historia ex Herodoti libro super fidicine Arione.

- 1 CELERI admodum et cohibili oratione vocumque filo tereti et candido fabulam scripsit Herodotus 2 super fidicine illo Arione. “Vetus,” inquit, “et 3 nobilis Arion cantator fidibus fuit. Is loco et oppido

¹ The first effect is produced when the surface of a mirror is divided into numerous smaller mirrors. Pliny, *N.H.* xxxiii. 129, describes cups, the interior of which was so fashioned as to give numerous reflections. The second is described (*a.g.*) in Pausanias viii. 37. 7. The third is pro- 188

BOOK XVI. xviii. 3-xix. 3

appears below and your feet uppermost.¹ This science also gives the reasons for optical illusions, such as the magnifying of objects seen in the water, and the small size of those that are remote from the eye.

Harmony, on the other hand, measures the length and pitch of sounds. The measure of the length of a tone is called *ῥυθμός*, or "rhythm," of its pitch, *μέλος*, or "melody." There is also another variety of Harmony which is called *μετρική*, or "Metric," by which the combination of long and short syllables, and those which are neither long nor short, and the verse measure according to the principles of geometry is examined with the aid of the ears. "But these things," says Marcus Varro,² "we either do not learn at all, or we leave off before we know why they ought to be learned. But the pleasure," he says, "and the advantage of such sciences appear in their later study, when they have been completely mastered; but in their mere elements they seem foolish and unattractive."³

XIX

A story about the lyre-player Arion, taken from the work of Herodotus.

HERODOTUS has written⁴ of the famous lyre-player Arion in terse and vigorous language and in simple and elegant style. "Arion," says he, "in days of old was a celebrated player upon the lyre. The

duced when one looks into a concave mirror from a certain distance. Magic mirrors of various kinds and properties were known in antiquity, as well as divination by means of mirrors. See *Trans. Numis. and Ant. Soc. of Phila.*, 1910, pp. 187 ff.

² p 337, Bipont

³ Cf. xvi. 8. 15 ff.

⁴ 1. 23.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Methymnaeus, terra atque insula omni Lesbios fuit.
 4 Eum Arionem rex Corinthi Periander amicum ama-
 5 tumque habuit artis gratia. Is inde a rege pro-
 6 ficiscitur, terras inclutas Siciliam atque Italianam
 visere. Ubi eo venit auresque omnium mentesque
 in utrusque terrae urbibus demulsit, in quaestibus
 istis et voluptatibus amoribusque hominum fuit.
 7 Is tum postea grandi pecunia et re bona multa
 8 copiosus Corinthum instituit redire, navem igitur et
 navitas, ut notiores amicioresque sibi, Corinthios
 9 delegit." Sed eos Corinthios, homine accepto
 navique in altum provecta, praedae pecuniaeque
 10 cupidos cepisse consilium de necando Arione. Tum
 illum ibi, pernicie intellecta, pecuniam ceteraque
 sua, ut haberent, dedisse, vitam modo sibi ut parce-
 11 rent oravisse Navitas precum eius harum com-
 miseritum esse illactenus ut ei necem adferre per
 vim suis manibus temperarent, sed imperavisse ut
 12 iam statim coram desiliret praiceps in mare.
 "Homo," inquit, "ibi territus, spe omni vitae
 perdita, id unum postea oravit, ut priusquam mortem
 obpeteret, induere permetterent sua sibi omnia
 indumenta et fides capere et canere carmen casus
 13 illius sui consolabile Feros et immanes navitas
 prolubium tamen audiendi subit; quod oraverat im-
 14 petrat. Atque ibi mox de more cinctus, amictus,
 ornatus stansque in summae puppis foro, carmen
 quod 'orthium' dicitur voce sublatissima cantavit.
 15 Ad postrema cantus cum fidibus ornatuque omni,
 sicut stabat canebatque, recit sese procul in pro-

¹ 625-585 B.C.

² This was a song in such a high key that it could be reached by few voices. In Aristophanes, *Knights*, 1279 (*L.C.L.* i, p. 247) the ὄρθιος νόμος is played by a "prince of harpers"

BOOK XVI. XIX. 3-15

town in which he was born was Methymna, but from the name of his country and the island as a whole he was a Lesbian. This Arion for the sake of his art was held in friendship and affection by Periander, king of Corinth.¹ Later, he left the king, to visit the famous lands of Sicily and Italy. On his arrival there he charmed the ears and minds of all in the cities of both countries, and there he was enriched as well as being generally admired and beloved. Then later, laden with money and with wealth of all kinds, he determined to return to Corinth, choosing a Corinthian vessel and crew, as better known to him and more friendly." But Herodotus says that those Corinthians, having received Arion on board and put to sea, formed the plan of murdering him for the sake of his money. Then he, realizing that death was at hand, gave them possession of his money and other goods, but begged that they should at least spare his life. The sailors were moved by his prayers only so far as to refrain from putting him to death with their own hands, but they bade him at once, before their eyes, leap headlong into the sea "Then," says Herodotus, "the poor man, in terror and utterly hopeless of life, finally made the one request that before meeting his end he might be allowed to put on all his costume, take his lyre, and sing a song in consolation of his fate. The sailors, though savage and cruel, nevertheless had a desire to hear him, his request was granted. Then afterwards, crowned in the usual way, robed and adorned, he stood upon the extreme stern and lifting up his voice on high sang the song called 'orphanian.'² Finally, having finished his song, with his lyre and all his equipment, just as he stood and sang, he

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- fundum. Navitae, hautquaquam dubitantes quin perisset, cursum quem facere coeperant tenuerunt.
- 16 Sed novum et mirum et pium facinus contigit." Delphinum repente inter undas adnavisse fluitantique sese homini subdidisse et dorso super fluctus edito vectavisse incolumique eum corpore et ornatu
- 17 Taenarum in terram Laconicam devexisse. Tum Arionem prorsus ex eo loco Corinthum petivisse talemque Periandro regi, qualis delphino vectus fuerat, inopinanti sese optulisse eique rem, sicuti
- 18 acciderat, narravisse. Regem istaec parum credidisse, Arionem, quasi falleret, custodiri iussisse,
- 19 navitas inquisitos, ablegato Arione, dissimulanter interrogasse ecquid audissent in his locis unde
- 20 venissent super Arione? Eos dixisse, hominem, cum inde irent, in terra Italia fuisse eumque illic bene agitare et studiis delectationibusque urbium florere atque in gratia pecuniaque magna opulentum fortu-
- 21 natumque esse. Tum inter haec eorum verba Arionem cum fidibus et indumentis cum quibus se in
- 22 salum eiaculaverat extitisse, navitas stupefactos
- 23 convictosque ire infortias non quisse. Eam fabulam dicere Lesbios et Corinthios atque esse fabulae argumentum, quod simulacra duo aenea ad Taenarum viserentur, delphinus vehens et homo insidens.

threw himself far out into the deep. The sailors, not doubting in the least that he had perished, held on the course which they had begun. But an unheard of, strange and miraculous thing happened." Herodotus asserts that a dolphin suddenly swam up amid the waves, dove under the floating man, and lifting his back above the flood, carried him and landed him at Taenarum in the Laconian land, with his person and adornment uninjured. Then Arion went from there straight to Corinth and, just as he was when the dolphin carried him, presented himself unexpectedly to king Periander and told him exactly what had occurred. The king did not believe the story but ordered that Arion be imprisoned as an impostor. He hunted up the sailors, and in the absence of Arion craftily questioned them, asking whether they had heard anything of Arion in the places from which they had come. They replied that the man had been in the land of Italy when they left it, that he was doing well there, enjoying the devotion and the pleasures of the cities, and that both in prestige and in money he was rich and fortunate. Then, in the midst of their story, Arion suddenly appeared with his lyre, clad in the garments in which he had thrown himself into the sea; the sailors were amazed and proved guilty, and could not deny their crime. This story is told by the Lesbians and the Corinthians, and in testimony to its truth two brazen images are to be seen near Taenarum, the dolphin carrying the man, who is seated on his back.

BOOK XVII

ILBER SEPTIMUS DECIMUS

I

Quod Gallus Asinius et Largius Licinus sententiam M. Ciceronis reprehenderunt ex oratione quam dixit *Pro M. Caelio*; et quid adversus homines stolidissimos pro eadem sententia vere¹ digneque dici possit.

- 1 Ut quidam fuerunt monstra hominum, quod de dis immortalibus impias falsasque opiniones prodiderunt, ita nonnulli tam prodigiosi tamque vecordes extiterunt, in quibus sunt Gallus Asinius et Largius Licinus, cuius liber etiam fertur infando titulo *Ciceromastix*, ut scribere ausi sint M. Ciceronem parum integre atque inproprie atque inconsiderate
2 locutum. Atque alia quidem quae reprehenderunt
3 neque dictu neque auditu digna sunt, sed enim hoc,² in quo sibimet ipsi praeter cetera esse visi sunt verborum pensitatores subtilissimi, cedo, quale id sit consideremus
4 M. Cicero *Pro M. Caelio* ita scribit: "Nam quod obiectum est de pudicitia quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id numquam tam acerbe feret M. Caelus, ut eum paeniteat non deformem esse
5 natum." Non existumant verbo proprio esse usum, quod ait "paeniteat," atque id prope ineptum etiam

¹ e re, *Skutsch*; mere, δ .

² in hoc, ω ; in *deleted by Hosius*.

BOOK XVII

I

That Asinius Gallus and Larginus Licinus criticized a saying of Cicero's in the speech which he delivered *For Marcus Caelius*; and what may be said with truth and propriety in defence of that saying, in reply to those most foolish critics.

Just as there have been monsters of men who expressed impious and false opinions about the immortal gods, so there have been some so extravagant and so ignorant that they have dared to say that Marcus Cicero spoke without correctness, propriety, or consideration; among these are Asinius Gallus and Larginus Licinus, and the latter's book even bears the outrageous title of *The Scourge of Cicero*. Now the other things that they have censured are certainly not worth hearing or mentioning; but let us consider the value of this stricture of theirs, in which particularly they are, in their own opinion, very keen critics of language.

Marcus Cicero in his speech *For Marcus Caelius*¹ writes as follows: "As to the charge made against his chastity and published by all his accusers, not in the form of actual charges, but of gossip and calumnies, Marcus Caelius will never take that so much to heart, as to repent that he was not born ugly." They think that Cicero has not used the proper word in saying *paeniteat*, or "repent," and they go so far as to add that it is almost absurd; "for," they say,

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 6 esse dicunt. "Nam 'paenitere,'" inquit, "tum
dicere solemus, cum quae ipsi fecimus aut quae de
nostra voluntate nostroque consilio facta sunt, ea
nobis post incipiunt displicere sententiamque in us
7 nostram demutamus"; neminem autem recte ita
loqui "paenitere sese, quod natus sit" aut "paeni-
tere, quod mortalis sit" aut "quod ex offenso forte
vulneratoque corpore dolorem sentiat," quando
istiusmodi rerum nec consilium sit nostrum nec
arbitrium, sed ea ingratis nostris¹ vi ac necessitate
naturae nobis accidant: "Sicut hercle," inquit,
8 "non voluntarium fuit M. Caelio, quali forma nasce-
retur, cuius eum dixit 'non paenitere,' tamquam in
ea causa res esset ut rationem caperet paenitendi"
- 9 Est haec quidem, quam dicunt, verbi huiusce
sententia et "paenitere" nisi in voluntariis rebus
non probe dicitur, tametsi antiquiores verbo ipso
alio quoque modo usitati sunt et "paeniteⁿ" ab eo
quod est "paene" et "paenuria" dixerunt. Sed id
10 alioisum pertinet atque alio in loco dicitur. Nunc
autem, sub hac eadem significatione quae vulgo
nota est, non modo ineptum hoc non est quod
M. Cicero dixit, sed festivissimum adeo et facetissi-
11 mum est. Nam cum adversarii et obtretratores M.
Caeli, quoniam erat pulchro corpore, formam eius
et faciem in suspiciones inpudicitiae accerserent,
inludens Cicero tam absurdam criminationem, quod
formam, quam natura fecerat, vitio darent, eodem
ipso errore quem includebat sciens usus est et "non

¹ in nostris, ω; in *deleted by Carro.*

¹ This promise is not fulfilled.

BOOK XVII. I. 5-11

“we regularly use *paenitere* when things which we ourselves have done, or which have been done in accordance with our wish and design, later begin to displease us and we change our opinion about them.” But that no one correctly says that he “repents being born” or “repents being mortal,” or “because he feels pain from any chance injury or wound inflicted upon his body”, for in such cases there is no design or choice on our part, but such things happen to us against our will by some necessity or force of nature. “In the same way,” they continue, “it was not a matter of choice with Marcus Caelius with what person he was born; yet he says that ‘he did not repent this,’ as if there were in that circumstance ground for a feeling of repentance.”

This is in fact, as they say, the force of that word, and *paenitere* is strictly used of none but voluntary acts, although our forefathers used that same word also in a different sense and connected *paenitet* with the words *paene* (almost) and *paenuria* (want). But that is another question, and will be spoken of in another place.¹ But with regard to the point at issue, giving to *paenitere* this same meaning which is commonly recognized, what Marcus Cicero said is not only not foolish, but in the highest degree elegant and witty. For since the adversaries and detractors of Marcus Caelius, inasmuch as he was of handsome person, made use of his appearance and figure to throw doubt upon his chastity, therefore Cicero, making sport of such an absurd charge as to impute to him as a fault the good looks which nature had given him, has deliberately adopted that very same false charge of which he is making fun, saying: “Marcus Caelius is not sorry

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

paenitet," inquit, "M. Caelium, non deformem esse natum," ut vel hac ipsa re, quod ita dicebat, obprobret adversariis ac per facetias ostentaret facere eos deridiculum, quod proinde Caelio formam crimini darent, quasi arbitrium eius fuisset, quali forma nasceretur.

II

Verba quaedam ex Q. Claudii *Annalium* primo cursim in legendo notata.

- 1 Cum librum veteris scriptoris legebamus, conabamur postea memoriae vegetandae gratia indipisci animo ac recensere quae in eo libro scripta essent in utrasque existimationes laudis aut culpae adnotamentis digna, eratque hoc sane quam utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi venisset usus, verborum
- 2 sententiarumque elegantium recordationes. Velut haec verba ex Q. Claudii primo *Annali*, quae meminisse potui, notavi, quem librum legimus biduo proximo superiore.
- 3 "Arma," inquit, "plerique abiciunt atque inermi inlatebrant sese." "Inlatebrant" verbum poeticum visum est, sed non absurdum neque asperum.
- 4 "Ea," inquit, "dum fiunt, Latini subnixo animo ex victoria inerti consilium meunt" "Subnixo animo"¹ quasi sublimi et supra nixo, verbum bene significans et non fortuitum; demonstratque animi altitudinem fiduciamque, quoniam quibus innitimur, iis quasi erigimur attollimurque.

¹ ex . . animo, supplied by Hertz from Nonius iv, p. 405, 29; et victoria certi, *Canter*.

¹ Frag. 22, Peter².

² Frag. 13, Peter².

BOOK XVII. I. II-II 4

for not having been born ugly"; so that by the very fact of speaking thus he might reproach his accusers and wittily show that they were doing an absurd thing in making Caelius' handsome person an accusation against him, just as if the person with which he was born depended upon his own volition.

II

Certain words from the first book of the *Annals* of Quintus Claudius, noted in a hasty reading.

WHENEVER I read the book of an early writer, I tried afterwards, for the purpose of quickening my memory, to recall and review any passages in the book which were worthy of note, in the way either of praise or censure; and I found it an exceedingly helpful exercise for ensuring my recollection of elegant words and phrases, whenever need of them should arise. For example, in the first book of the *Annals* of Quintus Claudius, which I had read on the preceding two days, I noted these passages:

"The greater number," says he,¹ "threw away their arms and hid themselves unarmed." The verb *inlatebrant*, for "hid themselves," seemed poetic, but neither improper nor harsh.

"While these things were going on," he says,² "the Latins, their spirits raised because of their easy victory, form a plan." *Subnixo animo* is significant and carefully chosen expression with the force of "raised and elevated in spirit"; and it indicates loftiness and confidence of spirit, since we are, as it were, raised and lifted up by that upon which we depend.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 5 "Domus," inquit, "suas quemque ire iubet et sua omnia frunisci." "Frunisci"¹ rarius quidem fuit in aetate M. Tulli ac deinceps infra rarissimum, dubitatumque est ab inperitis antiquitatis an Latinum
6 foret. Non modo autem Latinum, sed iucundius amoeniusque etiam verbum est "fruniscor" quam "fruor," et ut "fatiscor" a "fateor," ita "fruniscor"
7 factum est a "fruor." Q. Metellus Numidicus, qui caste pureque lingua usus Latina videtur, in epistula quam exul *Ad Domitios* misit, ita scripsit: "Illi vero omni iure atque honestate interdicti, ego neque aqua neque igni careo et summa gloria fruniscor."
8 Novius, in Atellania quae *Parcus* inscripta est, hoc verbo ita utitur:

Quód magno opere quaésiverunt, id frunisci nón queunt.

Quí non parsit ápud se, frunitus est.

- 9 "Et Romani," inquit, "multis armis et magno com-
meatu praedaeque ingenti copiantur." "Copiantur"² verbum castrense est nec facile id reperias apud civilium causarum oratores, ex eademque figura est qua "hgnantur" et "pabulantur" et "aquantur"
10 "Sole," inquit, "occaso." "Sole occaso" non insuavi vetustate est, si quis aurem habeat non sordidam nec proculcatam; in *Duodecim* autem

¹ frunisci, added by Carrio.

² copiantur, added by Hertz (Carrio).

¹ Frag. 23, Peter².

³ Frag. 24, Peter².

² v. 77, Ribbeck³

⁴ *Id.* 3.

⁵ 1. 7, 8, 9.

"He bids each one," he says,¹ "go to his own house and enjoy his possessions." *Frunisci*, meaning "enjoy," was somewhat rare in the days of Marcus Tullius and became still rarer after that time, and its Latinity was questioned by those who were unacquainted with our early literature. However, *fruniscor* is not only good Latin, but it is more elegant and pleasing than *fruor*, from which it is formed in the same way as *fatiscor* from *fateor*. Quintus Metellus Numidicus, who is known to have used the Latin tongue with purity and simplicity, in the letter which he sent when in exile *To the Domitu*, wrote as follows: "They indeed were cut off from every right and honour, I lack neither water nor fire and I enjoy (*fruniscor*) the greatest glory." Novius, in his Atellan farce entitled *The Miser*, uses this word:²

What eagerly they sought they can't enjoy
(*frunisci*);

Who does not spare, enjoys the goods he has.

"And the Romans," says Quadrigarius,³ "get possession of (*copiantur*) many arms and a great supply of provisions, and enormous booty." *Copiantur* is a soldier's word, and you will not readily find it in the pleaders of civil suits; it is formed in the same way as *liguantur*, or "gather wood," *pabulantur*, or "forage," and *aquantur*, or "get water."

Quadrigarius uses *sole occaso* for "at sunset."⁴ This expression has a flavour of antiquity which is not without charm, if one possesses an ear that is not dull and commonplace; furthermore the phrase occurs in the *Twelve Tables* in the following passage:⁵

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Tabulis verbum hoc ita scriptum est: "Ante meridiem causam coniciunto, cum perorant ambo praesentes. Post meridiem praesenti litem addicito. Si ambo praesentes, sol¹ occasus suprema tempestas esto "

- 11 "Nos," inquit, "in medium relinquemus." Vulgus "in medio" dicit; nam vitium esse istuc putat et, si dicas "in medium ponere," id quoque esse soloecon putant; set probabilius significantiusque sic dici videbitur, si quis ea verba non incuriose introspiciat; Graece quoque *θεῖναι εἰς μέσον*, vitium id non est.
- 12 "Postquam nuntiatum est," inquit, "ut pugnatum esset in Gallos, id civitas graviter tulit." "In Gallos" mundius subtiliusque est quam "cum Gallis" aut "contra Gallos"; nam pinguiora haec obsoletioraque sunt
- 13 "Simul," inquit, "forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter praecelebant, ut facile intellegeretur magnum viaticum ex se atque in se ad rempublicam evertendam habere." "Magnum viaticum" pro magna facultate et paratu magno nove positum est, videturque Graecos secutus, qui *ἐφόδιον* a sumptu viae ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt ac saepe *ἐφοδίασον* pro eo dicunt, quod est "institue" et "instrue"

¹ sol, *Hosius*, comparing XIV. 7. 8; solis, Q

¹ Frag 25, Peter².

² The phrase *in medium* has various meanings, according to the context and the verb with which it is used; cf. Cic. *ad Fam.* xv. 2 6, *se . . . eam rem numquam in medium propter periculi metum protulisse*; *Cluent.* 77; *Virg Aen.* v. 401. If the lexicons are to be trusted, *in medium ponere*

“Before midday let them hear the case, with both parties making their pleas in person. After midday, decide the case in favour of the one who is present. If both are present, let sunset be the limit of the proceedings.”

“We,” says he,¹ “will leave it undecided (*in medium*).” The common people say *in medio*; for they think that *in medium* is an error, and if you should say *in medium ponere* (to make known),² they consider that also a solecism; but if anyone examines these words with some care, that expression will seem to him the more correct and the more expressive; moreover in Greek *θεῖναι εἰς μέσον* is not an error.

“After it was announced,” he says,³ “that a battle had been fought against the Gauls (*in Gallos*), the State was troubled.” *In Gallos* is neater and finer than *cum Gallis* or *contra Gallos*; for these are somewhat awkward and out of date.

“At the same time,” he says,⁴ “he excelled in person, in exploits, in eloquence, in position, in energy, and confidence alike, so that it was easily seen that he possessed from himself and in himself a great equipment (*magnum viaticum*) for overthrowing the republic.” *Magnum viaticum* is a novel expression for great ability and great resources, and Claudius seems to have followed the Greeks, who transferred *ἐφώδιον* from the meaning of “money for a journey” to preparation for other things, and often say *ἐφωδίασον* for “prepare” and “make ready.”

is rare, and the usual expression is *in medio ponere*, e.g. Cic. *Nat. Deor.* 1. 13, *ponam in medio sententias philosophorum.*

² Frag. 1, Peter².

⁴ *Id.* 8.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 14 "Nam Marcus," inquit, "Manlius, quem Capitolium servasse a Gallis supra ostendi cuiusque operam cum M. Furio dictatore apud Gallos cumprime fortem atque exsuperabilem respublica sensit, is et genere et vi et virtute bellica nemini concedebat." "Adprime" crebrius est, "cumprime" rarius traductumque ex eo est, quod "cumprimis" dicebant pro quod est "inprimis."
- 15 "Nihil sibi," inquit, "divitias opus esse." Nos "divitiis" dicimus. Sed vitium hoc orationis nullum est ac ne id quidem est quod figura dici solet; recta enim istaec oratio est et veteres conpluscule ita dixerunt, nec ratio dici potest, cur rectius sit "divitiis opus esse" quam "divitias," nisi qui grammaticorum nova instituta ut *τεμένων ἰσρά* observant.
- 16 "Nam hac,"¹ inquit, "maxime versatur deorum iniquitas, quod deteriores sunt incolumiores neque optimum quemquam inter nos sinunt diurnare" Inusitate "diurnare" dixit pro "diu vivere," sed ex ea figuratione est, qua dicimus "perennare."
- 17 "Cum iis," inquit, "consermonabatur." "Sermonari" rusticius videtur, sed rectius est, "sermocinari" tritius,² sed corruptius est.
- 18 "Sese," inquit, "ne id quoque, quod tum suaderet, facturum esse." "Ne id quoque" dixit pro "ne id quidem," infrequens nunc in loquendo, sed in libris veterum creberrimum.

¹ hac suggested by *Hosius*; haec, ω .

² tritius, *Hosius*; rectius, ω ; crebrius, σ ; lectius, *Dziatzko*.

¹ Frag. 7, Peter².

² *Id.* 26.

³ *Id.* 9.

⁴ *Id.* 6.

⁵ *Id.* 17.

“For Marcus Manlius,” said he,¹ “who, as I have shown above, saved the Capitol from the Gauls, and whose service, along with that of Marcus Furius the dictator, the State found especially (*cumprime*) valiant and irresistible against the Gauls, yielded to no one in race, in strength and in warlike valour.” *Adprime* is more frequent for “especially”; *cumprime* is rarer and is derived from the expression *cumprimis* with the force of *inprimis*

Quadrigarius says² that “he has no need for riches (*divitias*).” We use the ablative *divitis* with *opus*. But this usage of his is not a mistake in grammar, nor is it even what is termed a figure; for it is correct Latin and the early writers quite frequently used that case; moreover, no reason can be given why *divitis opus esse* is more correct than *divitias*, except by those who look upon the innovations of grammarians as oracular responses.

“For herein especially,” says he,³ “hes the injustice of the gods, that the worst men are the least subject to injury, and that they do not allow the best men to remain long (*durnare*) with us.” His use of *durnare* for *diu vivere* is unusual, but it is justified by the figure by which we use *perennare* (to last for years)

He says:⁴ “He conversed (*consermonabatur*) with them.” *Sermonari* seems somewhat rustic, but is more correct; *sermocinari* is more common, but is not such pure Latin.

“That he would not do even that,” says he,⁵ “which he then advised.” He has used *ne id quoque* for *ne id quidem*; the former is not common now in conversation, but is very frequent in the books of the earlier writers.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 19 "Tanta," inquit, "sanctitudo fani est, ut numquam quisquam violare sit ausus." "Sanctitas" quoque et "sanctimonia" non minus Latine dicuntur, sed nescio quid maioris dignitatis est verbum
- 20 "sanctitudo," sicuti M. Cato *In L. Veturium* "duritudinem" quam "duritiam" dicere gravius putavit: "Qui illius," inquit, "impudentiam norat et duritudinem."
- 21 "Cum tantus," inquit, "arrabo penes Samnites populi Romani esset." "Arrabonem" dixit sescentos obsides et id maluit quam pignus dicere, quoniam vis huius vocabuli in ea sententia gravior acriorque est; sed nunc "arrabo" in sordidis verbis haberi coeptus ac multo videtur sordidius "arra," quamquam "arra" quoque veteres saepe dixerint et compluriens Laberius.
- 22, 23 "Miserrimas," inquit, "vitas exegerunt," et: "hic nimiis in otis," inquit, "consumptus est." Elegantia utrobique ex multitudine numeri quaesita est.
- 24 "Cominius," inquit, "qua ascenderat, descendit atque verba Gallis dedit." "Verba Cominium dedisse Gallis" dicit, qui nihil quicquam cuiquam dixerat; neque eum Galli, qui Capitolium obsidebant, ascendentem aut descendentem¹ viderant. Sed "verba dedit" haut secus posuit quam si tu dicas "latut atque obrepit."
- 25 "Convalles," inquit, "et arboreta magna erant."

¹ aut descendentem, σ , not in the MSS.

¹ *Id.* 2. ² xviii. 8, Jordan. ³ Frag. 20, Peter².

⁴ v. 152, Ribbeck³. ⁵ Frag. 27, Peter².

⁶ *Id.* 28. ⁷ Frag. 4, Peter². ⁸ *Id.* 29.

⁹ From earlier *arbos* and *-etum*.

“Such is the sanctity (*sanctitudo*) of the fane,” says he,¹ “that no one ever ventured to violate it.” *Sanctitas* and *sanctimonia* are equally good Latin, but the word *sanctitudo* somehow has greater dignity, just as Marcus Cato, in his speech *Against Lucius Veturus*, thought it more forcible to use *duritudo* than *duritia*, saying,² “Who knew their impudence and hardihood (*duritudinem*).”

“Since the Roman people,” says Quadrigarius,³ “had given such a pledge (*arrabo*) to the Sunnites.” He applied the term *arrabo* to the six hundred hostages and preferred to use that word rather than *pignus*, since the force of *arrabo* in that connection is weightier and more pointed: but nowadays *arrabo* is beginning to be numbered among vulgar words, and *arra* seems even more so, although the early writers often used *arra*, and Laberius⁴ has it several times.

“They have spent most wretched lives (*vitae*),” says Quadrigarius,⁵ and,⁶ “This man is worn out by too much leisure (*otio*)” In both cases elegance is sought by the use of the plural number.

“Cominius,” says he,⁷ “came down the same way he had gone up and so deceived the Gauls.” He says that Cominius “gave words to the Gauls,” meaning “deceived them,” although he had said nothing to anybody; and the Gauls who were besieging the Capitol had seen him neither going up nor coming down. But “he gave words” is used with the meaning of “he escaped the notice of, and circumvented.”

Again he says:⁸ “There were valleys and great woods (*arborescunt*).” *Arborescunt* is a less familiar word, *arbustu*⁹ the more usual one.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- “Arboreta” ignobilius verbum, “arbusta” celebratius.
- 26 “Putabant,” inquit, “eos qui foris atque qui in arce erant inter se commutationes et consilia facere.” “Commutationes,” id est conlationes communicationesque, non usitate dixit, set non hercle inscite nec ineleganter
- 27 Haec ego pauca interim super eo libro, quorum memoria post lectionem subpetierat, mihi notavi

III

Verba M. Varionis ex libro quinto et vicesimo *Πυμνιαναρων*, quibus contra opinionem vulgariam interpretatus est Homeri versum.

- 1 IN sermonibus forte quos de temporibus rerum ad usus hominum repertarum agitabamus, adolescens quispiam non indoctus sparti quoque usum in terra Graecia diu incognitum fuisse dixit multisque post Ilium captum tempestatibus ex terra Hispania ad-
2 vectum Riserunt hoc ad inludendum ex his, qui ibi aderant, unus atque alter, male homines litterati, quod genus ἀγοραίους Graeci appellant, atque eum qui id dixerat librum legisse Homeri aiebant, cui versus hic forte deesset:

Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται.

- 3 Tum ille prorsum iritatus: “Non,” inquit, “meo libro versus iste,¹ sed vobis plane magister defuit, si creditis in eo versu σπάρτα id significare quod nos

¹ iste, *Lion*; ipse, QΠ; se, Z; sed, NOX; ipse, sed, *Longolius*.

¹ Frag. 5, Peter²

² *Iliad* ii. 135.

BOOK XVII. II. 25-III. 3

“They thought,” says he,¹ “that those who were without and those that were within the citadel were exchanging communications (*commutationes*) and plans.” *Commutationes*, meaning “conferences and communications,” is not usual, but, by Heaven! is neither erroneous nor inelegant.

These few notes on that book, such things as I remembered after reading it, I have now jotted down for my own use

III

The words of Marcus Varro in the twenty fifth book of his *Human Antiquities*, in which he has interpreted a line of Homer contrary to the general opinion.

It happened in the course of conversations which we carried on about the dates of various inventions for human use, that a young man not without learning observed that the use of *spartum* or “Spanish broom” also was for a long time unknown in the land of Greece and that it was imported from Spain many years after the taking of Ilium. One or two half-educated fellows who were present there, of the class that the Greeks call ἀγοραῖοι, or “haunters of the market-place,” laughed in derision of this statement, and declared that the man who had made it had read a copy of Homer which happened to lack the following verse :²

And rotted the ship’s timbers, loosed the ropes
(σπάρτα).

Then the youth, in great vexation, replied: “It was not my book that lacked that line, but you who badly lacked a teacher, if you believe that σπάρτα in that verse means what we call *spartum*, or ‘a

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 4 ‘spartum’ dicimus.” Maiorem illi risum subiciunt, neque id desierunt,¹ nisi liber ab eo prolatus esset M. Varronis vicesimus quintus *Humanarum*, in quo de isto Homeri verbo a Varrone ita scriptum est: “Ego σπάρτα apud Homerum non plus ‘spartum’ significare puto quam σπάρτους, qui dicuntur in agro Thebano nati. In Graecia sparti copia modo coepit esse ex Hispania. Neque ea ipsa facultate usi Liburni; sed hi plerasque naves loris suebant, Graeci magis cannabo et stuppa ceterisque sativis rebus, a
5 quibus σπάρτα appellabant.” Quod cum ita Varro dicat, dubito hercle, an posterior syllaba in eo verbo, quod apud Homerum est, acuenda sit, nisi quia voces huiusmodi, cum ex communi significatione in rei certae proprietatem concedunt, diversitate accentuum separantur.

IV

Quid Menander poeta Philemoni poetae dixerit, a quo saepe indigne in certaminibus comoediarum superatus est, et quod saepissime Euripides in tragoedia ab ignobilibus poetis victus est.

- 1 MENANDER a Philemone, nequaquam pari scriptore, in certaminibus comoediarum ambitu gratiaque et 2 factionibus saepenumero vincebatur. Eum cum forte habuisset obviam, “Quaeso,” inquit, “Philemo, bona venia dic mihi, cum me vincis, non erubescis?”

¹ desierunt *suggested by Hosvius*; destituerunt, Q¹Z; *the other MSS. have destituerunt.*

rope of Spanish broom.'” They only laughed the louder, and would have continued to do so, had he not produced the twenty-fifth book of Varro’s *Human Antiquities*, in which Varro writes as follows of that Homeric word:¹ “I believe that *σπάρα* in Homer does not mean *sparta*, or ‘Spanish broom,’ but rather *σπάροι*, a kind of broom which is said to grow in the Theban territory. In Greece there has only recently been a supply of *spartum*, imported from Spain. The Liburnians did not make use of that material either, but as a rule fastened their ships together with thongs,² while the Greeks made more use of hemp, tow, and other cultivated plants (*sativs*), from which ropes got their name of *sparta*.” Since Varro says this, I have grave doubts whether the last syllable in the Homeric word ought not to have an acute accent; unless it be because words of this kind, when they pass from their general meaning to the designation of a particular thing, are distinguished by a difference in accent.

IV

What the poet Menander said to Philemon, by whom he was often undeservedly defeated in contests in comedy; and that Euripides was very often vanquished in tragedy by obscure poets.

IN contests in comedy Menander was often defeated by Philemon, a writer by no means his equal, owing to intrigue, favour, and partisanship. When Menander once happened to meet his rival, he said: “Pray pardon me, Philemon, but really, don’t you blush when you defeat me?”

¹ Frag. 4, Mirsch

² See *sutales naves*, Plin. *N.H.* xxiv. 65.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 3 Euripidem quoque M. Varro ait, cum quinque et septuaginta tragoedias scripserit, in quinque solis vicisse, cum eum saepe vincerent aliquot poetae ignavissimi
- 4 Menandrum autem alii centum octo, partim centum novem reliquisse comoedias ferunt. Sed Apollodori, scriptoris celebratissimi, hos de Menandro versus legimus in libro qui *Chronica* inscriptus est :

Κηφισιεύς ὧν ἐκ Διοπέθους πατρός,
 Ἱερὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα
 Ἐξέλιπε, πενήκοντα καὶ δυεῖν ἐτῶν.

- 6 Ex istis tamen centum et quinque omnibus, solis eum octo vicisse, idem Apollodorus eodem in libro scripsit.

V

Nequaquam esse verum, quod minutis quibusdam rhetoricae artificibus videatur, M. Ciceronem in libro quem *De Amicitia* scripsit vitioso argumento usum, ἀμφισβητούμενον ἀντὶ δμολογουμένου posuisse; totumque id consideratius tractatum exploratumque.

- 1 M. CICERO, in dialogo cui titulus est *Laelius* vel *De Amicitia*, docere volens amicitiam non spe expectationeque utilitatis neque pretii mercedisque causa colendam, sed quod ipsa per sese plena virtutis honestatisque sit expetendam diligendamque esse, etiamsi nihil opis nihilque emolumentum ex ea percipi queat, hac sententia atque his verbis usus est eaque dicere

¹ p. 351, Bipont.

² Some MSS. of the Greek *Life* of Euripides give fifteen, which seems a more probable number for so popular a poet. Sophocles won eighteen at the City Dionysia alone.

BOOK XVII. iv. 3-v. 1

Marcus Varro says¹ that Euripides also, although he wrote seventy-five tragedies, was victor with only five,² and was often vanquished by some very poor poets.

Some say that Menander left one hundred and eight comedies, others that the number was a hundred and nine. But we find these words of Apollodorus, a very famous writer, about Menander in his work entitled *Chronica*:³

Cephissia's child, by Diopethes sired,
An hundred plays he left and five besides ;
At fifty-two he died.

Yet Apollodorus also writes in the same book that out of all those hundred and five dramas Menander gained the victory only with eight.

V

That it is by no means true, as some meticulous artists in rhetoric affirm, that Marcus Cicero, in his book *On Friendship*, made use of a faulty argument and postulated "the disputed for the admitted", with a careful discussion and examination of this whole question.

MARCUS CICERO, in the dialogue entitled *Laelius*, or *On Friendship*, wishes to teach us that friendship ought not to be cultivated in the hope and expectation of advantage, profit, or gain, but that it should be sought and cherished because in itself it is rich in virtue and honour, even though no aid and no advantage can be gained from it. This thought he has expressed in the following words, put into the mouth of Gaius Laelius, a wise man and a very

³ Frag. 77, p. 358, Jacoby.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

facit C. Laelium, sapientem virum, qui Publii Africani
 2 fuerat amicissimus: “Quid enim? Africanus indigens
 mei? Ne¹ ego quidem illius. Sed ego admiratione
 quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse
 nonnulla quam de meis moribus habebat me dilexit;
 auxit benivolentiam consuetudo. Sed quamquam
 utilitates multae et magnae consecutae sunt, non
 sunt tamen ab earum spe causae diligendi profectae.
 Ut enim benefici liberalesque sumus, non ut exigamus
 gratiam—neque enim beneficium faeneramur, sed
 natura propensi ad liberalitatem sumus—, sic ami-
 citiam non spe mercedis adducti, sed quod omnis eius
 fructus in ipso amore inest, expetendam putamus.”

3 Hoc cum legeretur in coetu forte hominum docto-
 rum, rhetoricus quidam sophista, utriusque linguae
 callens, haut sane ignobilis ex istis acutulis et
 minutis doctoribus qui *τεχνικοί* appellantur, atque in
 disserendo tamen non impiger, usum esse existimabat
 argumento M. Tullium non probo neque apodictico,
 sed eiusdem quaestionis, cuius esset ea ipsa res de qua
 quaereretur; verbisque id vitium Graecis appellat,
 quod accepisset *ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου*.
 4 “Nam ‘beneficos,’” inquit, “et ‘liberales’ sumpsit
 ad confirmandum id quod de amicitia dicebat, cum
 ipsum illud et soleat quaeri et debeat, quisquis
 liberaliter et benigne facit, qua mente quoque con-
 silio benignus liberalisque sit? utrum, quia mutuum

¹ minime hercule! ac ne, *Cic.*

BOOK XVII. v. 1-4

dear friend of Publius Africanus :¹ " Well, then, does Africanus need my help? No more do I need his. But I love him because of a certain admiration for his virtues; he in turn has affection for me perhaps because of some opinion which he has formed of my character; and intimacy has increased our attachment. But although many great advantages have resulted, yet the motives for our friendship did not arise from the hope of those advantages. For just as we are kindly and generous, not in order to compel a return—for we do not put favours out at interest, but we are naturally inclined to generosity—just so we think that friendship is to be desired, not because we are led by hope of gain, but because all its fruit is in the affection itself."

When it chanced that these words were read in a company of cultured men, a sophistical rhetorician, skilled in both tongues, a man of some note among those clever and meticulous teachers known as *τεχνικοί*, or "connoisseurs," who was at the same time not without ability in disputation, expressed the opinion that Marcus Tullius had used an argument which was neither sound nor clear, but one which was of the same uncertainty as the question at issue itself; and he described that fault by Greek words, saying that Cicero had postulated *ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου*, that is, "what was disputed rather than what was admitted."

"For," said he, "he took *benefici*, 'the kindly,' and *liberales*, 'the generous,' to confirm what he said about friendship, although that very question is commonly asked and ought to be asked, with what thought and purpose one who acts liberally and kindly is kind and generous. Whether it is

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

gratiam speret et eum in quem benignus sit ad
parem curam sui provocet, quod facere plerique
omnes videntur, an, quia natura sit benivolus be-
nignitasque eum per sese ipsa et liberalitas delectet
sine ulla recipiendae gratiae procuratione, quod est
5 omnium ferme rarissimum? ” Argumenta autem
censebat aut probabilia esse debere aut perspicua et
minime controversa, idque “ apodixin ” vocari dicebat,
cum ea quae dubia aut obscura sunt, per ea quae
6 ambigua non sunt inlustrantur. Atque, ut ostenderet
beneficos liberalesque ad id quod de amicitia quaere-
retur quasi argumentum exemplumve sumi non oportere,
“ Eodem,” inquit, “ simulacro eademque rationis
imagine amicitia invicem pro argumento sumi potest,
si quis adfirmet homines beneficos liberalesque esse
debere, non spe aliqua compendii, set amore et
7 studio honestatis. Poterit enim consimiliter ita
dicere: ‘ Namque, ut amicitiam non spe utilitatis
amplectimur, sic benefici liberalesque non gratiae
8 recipiendae studio esse debemus.’ Poterit sane,”
inquit, “ ita dicere, sed neque amicitia liberalitati
neque liberalitas amicitiae praebere argumentum
potest, cum de utraque pariter quaeratur.”
9 Haec ille rhetoricus artifex dicere quibusdam vide-
batur perite et scienter, sed videlicet eum vocabula
10 rerum vera ignoravisse. Nam “ beneficum et libera-

¹ That is, ἀπόδειξις.

because he hopes for a return of the favour, and tries to arouse in the one to whom he is kind a like feeling towards himself, as almost all seem to do; or because he is by nature kindly, and kindness and generosity gratify him for their own sakes without any thought of a return of the favour, which is as a rule the rarest of all." Furthermore, he thought that arguments ought to be either convincing, or clear and not open to controversy, and he said that the term *apodixis*,¹ or "demonstration," was properly used only when things that are doubtful or obscure are made plain through things about which there is no doubt. And in order that he might show that the kind and generous ought not to be taken as an argument or example for the question about friendship, he said: "By the same comparison and the same appearance of reason, friendship in its turn may be taken as an argument, if one should declare that men ought to be kindly and generous, not from the hope of a return, but from the desire and love of honourable conduct. For he will be able to argue in a very similar manner as follows: 'Now just as we do not embrace friendship through hope of advantage, so we ought not to be generous and kindly with the desire of having the favour returned.' He will indeed," said he, "be able to say this, but friendship cannot furnish an argument for generosity, nor generosity for friendship, since in the case of each there is equally an open question."

It seemed to some that this artist in rhetoric argued cleverly and learnedly, but that as a matter of fact he was ignorant of the true meaning of terms. For Cicero calls a man "kind and generous" in the

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

lem" Cicero appellat, ita ut philosophi appellandum esse censent, non eum qui, ut ipse ait, beneficia faeneratur, sed qui benigne facit, nulla tacita¹ ratione
11 ad utilitates suas redundante. Non ergo obscuro neque ambiguo argumento usus est, sed certo atque perspicuo, siquidem, qui vere beneficus liberalisque est, qua mente bene aut liberaliter facit non quae-
12 ritur.² Aliis enim longe nominibus appellandus est, si, cum talia facit, sui potius quam alterius iuvandi
13 causa facit. Processisset autem argutatori isti fortassean reprehensio, si Cicero ita dixisset: "Ut enim benefice liberaliterque facimus, non ut exigamus gratiam"; videretur enim benefice facere etiam in non beneficum cadere posse, si id per aliquam circumstantiam fieret, non per ipsam perpetuae be-
14 nignitatis constantiam. Sed cum "beneficos liberalisque" dixerit neque alius modi isti sint quam cuius esse eos supra diximus, "inlotis," quod aiunt, "pedibus" et verbis reprehendit doctissimi viri orationem.

¹ citate, *Q*; citata, *Q*², citatus, *Hertz*.

² quaerit, *Skutsch*.

¹ As quoted in § 2.

² Cf. i. 9. 8 (vol. i, p. 49) with the note, and Plautus, *Poen*.

BOOK XVII. v. 10-14

sense that the philosophers believe those words ought to be used: not of one who, as Cicero himself expresses it, puts favours out at interest, but of one who shows kindness without having any secret reason which redounds to his own advantage. Therefore he has used an argument which is not obscure or doubtful, but trustworthy and clear, since if anyone is truly kind and generous, it is not asked with what motive he acts kindly or generously. For he must be called by very different names if, when he does such things, he does them for his own advantage rather than for that of another. Possibly the criticism made by this sophist might have some justification, if Cicero had said: ¹ "For as we do some kind and generous action, not in order to compel a return." For it might seem that anyone who was not kindly might happen to do a kind action, if it was done because of some accidental circumstance and not through a fixed habit of constant kindness. But since Cicero spoke of "kindly and generous people," and meant no other sort than that which we have mentioned before, it is "with unwashed feet," ² as the proverb says, and unwashed words that our critic assails the argument of that most learned man.

316, *illotis manibus*. The reference is to washing before handling sacred objects or performing religious rites. *Et verbis* is an addition by Gellius, in the sense of "hasty inconsiderate language."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

VI

Falsum esse, quod Verrius Flaccus, in libro secundo quos *De Obscuris M. Catonis* composuit, de servo recepticio scriptum reliquit.

- 1 M. CATO Voconiam legem suadens verbis hucce usus est: "Principio vobis mulier magnam dotem adtulit; tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestatem non committit, eam pecuniam viro mutuam dat; postea, ubi irata facta est, servum recepticium sectari atque flagitare virum iubet."
- 2 Quaerebatur, "servus recepticius" quid esset. Libri statim quaesiti allatique sunt Verrii Flacci *De Obscuris Catonis*. In libro secundo scriptum et inventum est, "recepticium servum" dici nequam et nulli pretii, qui, cum venum esset datus, redhibitus
- 3 ob aliquod vitium receptusque sit. "Propterea," inquit, "servus eiusmodi sectari maritum et flagitare pecuniam iubebatur, ut eo ipso dolor maior et contumelia gravior viro fieret, quod eum servus nihili petendae pecuniae causa compellaret."
- 4 Cum pace autem cumque venia istorum, si qui sunt, qui Verrii Flacci auctoritate capiuntur, dictum
- 5 hoc sit. "Recepticius" enim "servus," in ea re quam dicit Cato, aliud omnino est quam Verrius
- 6 scripsit. Atque id cuius facile intellectu est; res enim procul dubio sic est: quando mulier dotem

¹ His recommendation of this law is also mentioned by Cicero, *Cato Mai.* 14, who discusses some features of the law in *Verr.* ii. 1 101 ff.; see also xv. 1. 23, below. The law, which in general had to do with inheritances, has been the subject of much discussion; one of its provisions was that no one should make a woman his heir

² p. 54, 5, Jordan.

³ p. xvi, Muller.

VI

That what Verrius Flaccus wrote about *servus receptivus*, in his second book *On the Obscurities of Marcus Cato*, is false

MARCUS CATO, when recommending the Voconian law,¹ spoke as follows:² "In the beginning the woman brought you a great dowry; then she holds back a large sum of money, which she does not entrust to the control of her husband, but lends it to her husband. Later, becoming angry with him, she orders a *servus receptivus*, or 'slave of her own,' to hound him and demand the money."

The question was asked what was meant by *servus receptivus*. At once the books of Verrius Flaccus *On the Obscurities of Cato* were asked for and produced. In the second book was found the statement³ that *servus receptivus* was the name applied to a slave that was worthless and of no value, who, after being sold, was returned because of some fault and taken back. "Therefore," says Flaccus, "a slave of that kind was bidden to hound her husband and demand the money, in order that the man's vexation might be greater, and the insult put upon him still more bitter, for the very reason that a worthless slave dunned him for the payment of money."

But with the indulgence and pardon of those, if such there be, who are influenced by the authority of Verrius Flaccus, this must be said. That *receptivus servus* in the case of which Cato is speaking is something very different from what Verrius wrote. And this is easy for anyone to understand; for the situation is undoubtedly this: when the woman

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

marito dabat, tum quae ex suis bonis retinebat neque ad virum tramittebat, ea "recipere" dicebatur, sicuti nunc quoque in venditionibus "recipi" dicuntur, 7 quae excipiuntur neque veneunt. Quo verbo Plautus quoque in *Trinummio* usus est in hoc versu :

Posticulum hoc recépit,¹ cum aedis véndidit,

id est : cum aedis vendidit, particulam quandam quae post eas aedis erat non vendidit, sed retinuit. 8 Ipse etiam Cato mulierem demonstrare locupletem volens : "Mulier," inquit, "et magnam dotem dat et magnam pecuniam recipit," hoc est : et magnam 9 dotem dat et magnam pecuniam retinet. Ex ea igitur re familiari, quam sibi dote data retinuit, 10 pecuniam viro mutuam dat. Eam pecuniam cum viro forte irata repetere instituit, adponit ei flagitatorum "servum recepticium," hoc est proprium servum suum, quem cum pecunia reliqua receperat neque dederat doti, sed retinuerat ; non enim servo mariti imperare hoc mulierem fas erat, sed proprio suo.

11 Plura dicere quibus hoc nostrum tuar supersedeo ; ipsa enim sunt per sese évidentia et quod a Verrio dicitur et a nobis ; quod utrum ergo videbitur cuique verius, eo utatur.

¹ recipit, *MSS of Plaut. except A, and of Nonnus, p. 384* (613, Linds.); recipit, *ω*.

gave the dowry to her husband, what she retained of her property and did not give over to her husband she was said to "hold back" (*recipere*), just as now also at sales those things are said to be "held back" which are set aside and not sold. This word Plautus also used in the *Trinummus* in this line:¹

But when he sold the house, this little place
Behind it he held back (*recepit*).

That is, when he sold the house, he did not sell a small part which was behind the house, but held it back. Cato himself too, wishing to describe the woman as rich, says: "The woman brings a great dowry and holds back a large sum of money"; that is, she gives a great dowry and retains possession of a large sum of money. From that property then which she kept for herself after giving her dowry, she lent money to her husband. When she happened to be vexed with her husband and determined to demand the money back, she appoints to demand it from him a *servus recepticius*, that is, a slave of her very own, whom she had held back with the rest of the money and had not given as part of her dowry, but had retained; for it was not right for the woman to give such an order to a slave of her husband, but only to one of her very own.

I forbear to say more in defence of this view of mine; for the opinion of Veirius and mine are before you, each by itself; anyone therefore may adopt whichever of the two seems to him the truer.

¹ v. 194.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

VII

Verba haec ex Atinia lege: "quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto," P. Nigidio et Q. Scaevolae visa esse non minus de praeterito furto quam de futuro cavisse.

- 1 LEGIS veteris Atinae verba sunt: "Quod subrup-
2 tum erit, eius rei aeterna auctoritas esto." Quis
3 aliud putet in hisce verbis quam de tempore tantum
4 futuro legem loqui? Sed Q. Scaevola patrem suum
5 et Brutum et Manilium, viros adprime doctos, quae-
6 sisse ait dubitasseque utrumne in post facta modo
7 furta lex valeret an etiam in ante facta; quoniam
"subruptum erit" utrumque tempus videretur ostendere, tam praeteritum quam futurum.
- 4 Itaque P. Nigidius, civitatis Romanae doctissimus, super dubitatione hac eorum scripsit in tertio vice-
5 simo *Grammaticorum Commentariorum*. Atque ipse quoque idem putat, incertam esse temporis demon-
6 strationem, sed anguste perquam et obscure disserit, ut signa rerum ponere videas ad subsidium magis
7 memoriae suae quam ad legentium disciplinam. Videbatur tamen hoc dicere, suum verbum et "est" esse et "erit"; quando per sese ponuntur, habent atque retinent tempus suum, cum vero praeterito iunguntur, vim temporis sui amittunt et in praeteritum contendunt. Cum enim dico: "in campo est" et "in comitio est," tempus instans significo; item cum dico

¹ Different from the plebiscitum of xiv. 8. 2. The date is uncertain

² *Fontes Iur. Rom.*, p. 45, 6

³ Fr. 3, Huschke; *Iur. Civ.* xvi. 5, Bremer.

⁴ *Resp.* 4, Bremer.

⁵ *Resp.* 5, Bremer

⁶ *Resp.* 5, Bremer.

⁷ Fr. 34, Swoboda.

⁸ Cf. xvi. 8. 3.

VII

These words from the Atinian law, "the claim on whatever shall be stolen shall be everlasting," seemed to Publius Nigidius and Quintus Scaevola to have reference not less to a past theft than to a future one.

THE words of the ancient Atinian law¹ are as follows:² "Whatever shall have been stolen, let the right to claim the thing be everlasting." Who would suppose that in these words the law referred to anything else than to future time? But Quintus Scaevola says³ that his father⁴ and Brutus⁵ and Manilius,⁶ exceedingly learned men, inquired and were in doubt whether the law was valid in cases of future theft only or also in those already committed in the past; since *subreptum erit* seems to indicate both times, past as well as future.

Therefore Publius Nigidius, the most learned man of the Roman State, discussed this uncertainty of theirs in the twenty-third book of his *Grammatical Notes*.⁷ And he himself too has the same opinion, that the indication of the time is indefinite, but he speaks very concisely and obscurely, so that you may see that he is rather making notes to aid his own memory than trying to instruct his readers⁸ However, his meaning seems to be that *est* and *erit* are independent words; when they are used alone, they have and retain their own tense, but when they are joined with a past participle, they lose the force of their own tense, and are transferred to the past. For when I say *in campo est*, or "he is in the field," and *in comitio est*, or "he is in the comitium," I refer to the present time; also when I

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

“in campo erit,” tempus futurum demonstro; at cum dico: “factum est,” “scriptum est,” “subruptum est,” quamquam “est” verbum temporis est praesentis, confunditur tamen cum praeterito et praesens esse desinit.

- 8 “Sic igitur,” inquit, “etiam istud quod in lege est; si divides separeque duo verba haec ‘subruptum’ et ‘erit,’ ut sic audias ‘subruptum erit,’¹ tamquam ‘certamen erit’ aut ‘sacrificium erit,’ tum videbitur lex in postfuturum loqui; si vero copulate permixteque dictum intellegas, ut ‘subruptum erit’ non duo, sed unum verbum sit idque unitum² patiendi declinatione sit, tum hoc verbo non minus praeteritum tempus ostenditur quam futurum.”

VIII

In sermonibus apud mensam Tauri philosophi quaeri agitari-
que eiusmodi solita “cur oleum saepe et facile, vina rarius
congelascant, acetum haut fere umquam” et “quod aquae
fluviorum fontiumque durentur, mare gelu non duretur”

- 1 PHILOSOPHUS TAURUS accipiebat nos Athenis cena
2 plerumque ad id diei ubi iam vespnaverat; id enim
est tempus istic cenandi. Frequens eius cenae fundus
et firmamentum omne erat aula una lentis Aegyptiae
et cucurbitae inibi minutim caesae.

¹ erit *added by Hertz*; “supruptum,” tum “erit,” *suggested by Hosius*.

² unitum, *Hertz*; unita, ω ; unita p. declinatio, *Skutsch*.

¹ In Rome the dinner-hour was considerably earlier, usually the ninth hour, or about three o'clock in the afternoon;

BOOK XVII. VII. 7-VIII. 2

say *in campo erit* (he will be in the field), or *in comitio erit* (he will be in the comitium), I indicate future time: but when I say *factum est*, *scriptum est* or *subruptum est*, although the verb *est* is in the present tense, it is nevertheless united with the past and ceases to be present.

“Similarly then,” he says, “with regard also to the wording of the law; if you divide and separate these two words *subruptum* and *erit*, so that you understand *subruptum erit* as you would *certamen erit*, that is, ‘there will be a contest,’ or *sacrificium erit* (there will be a sacrifice), then the law will seem to have reference to an act completed in future time; but if you understand the two words to be united and mingled, so that *subruptum erit* is not two words, but one, and is a single form of the passive inflection, then that word indicates past time no less than future.”

VIII

In conversation at the table of the philosopher Taurus questions of this kind were proposed and discussed: “why oil congeals often and readily, wine seldom, vinegar hardly ever,” and “that the waters of rivers and springs freeze, while the sea does not.”

THE philosopher Taurus at Athens usually entertained us at dinner at the time of day when evening had already come on; for there that is the time for dining.¹ The entire basis and foundation of the meal usually consisted of one pot of Egyptian beans, to which were added gourds cut in small pieces.

see Hor. *Epist.* 1 7 71; Mart. iv. 8. 6. To-day, too, the dinner-hour is later in Athens than in Rome, although the difference is not so great as in ancient times.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

3 Ea quodam die ubi paratis et expectantibus nobis
 adlata atque inposita mensae est, puerum iubet
 4 Taurus oleum in aulam indere.¹ Erat is puer
 genere Atticus, ad annos maxime natus octo, festi-
 5 vissimis aetatis et gentis argutiis scatens. Gutum
 Samium ore tenus imprudens inanem, tamquam si
 messet oleum, adfert convertitque eum et, ut solitum
 est, circumegit per omnem partem aulae manum:²
 6 nullum inde ibat oleum. Aspicit puer gutum atrocibus
 oculis stomachabundus et concussum vehementius
 7 iterum in aulam vertit; idque cum omnes sensim
 atque summissim rideremus, tum puer Graece, et id
 quidem perquam Attice “μὴ γελᾶτε,” inquit, “ἐνι
 τοῦλαιον· ἀλλ’ οὐκ ἴστε, οἷα φρίκη περὶ τὸν ὄρθρον γέγονε
 8 τῆμερον, κεκρυστάλλωται.” “Verbero,” inquit ridens
 Taurus, “nonne is curriculo atque oleum petis?”
 Sed cum puer foras emptum isset, nihil ipse ista
 mora offensior: “Aula,” inquit, “oleo indiget et, ut
 video, intolerandum fervit; cohibeamus manus atque
 interea, quoniam puer nunc admonuit solere oleum
 9 et facile, set vina rarerentur congelascant?” Atque
 10 aspicit me et iubet quid sentiam dicere. Tum ego
 respondi coniectare me vinum idcirco minus cito
 congelascere, quod semina quaedam caloris in sese
 haberet essetque natura ignitius, ob eamque rem
 dictum esse ab Homero αἶθοπα οἶνον, non, ut alii
 putarent, propter colorem.

¹ aedere, X, with erasure of a, videre, Q.

² manum, ω, manu suggested by Hosvius.

¹ *Iliad* i. 462, etc.

² In Homer this word, from αἶθος, “fire” and ὄψ, “eye,” means “fiery-looking” or “sparkling,” rather than “fiery.”

BOOK XVII. VIII. 3-10

One day when this dish had been brought and placed upon the table, and we were ready and awaiting the meal, Taurus ordered a slave-boy to pour some oil into the pot. The slave was a boy of Attic birth, at most eight years old, overflowing with the merry wit characteristic of his race and his time of life. He brought an empty Samian flask, from oversight, as he said, supposing there was oil in it, turned it up and, as he usually did, passed it with his hand over all parts of the pot; but no oil came out. The boy, in anger, looked savagely at the flask, shook it violently, and again turned it over the pot; and when we were all quietly and furtively laughing at his actions, he said in Greek, and excellent Attic Greek at that: "Don't laugh; there's oil in it, but don't you know how cold it was this morning; it's congealed." "You rascal," said Taurus with a laugh, "run and fetch some oil."

But when the boy had gone out to buy oil, Taurus, not at all put out by the delay, said: "The pot needs oil, and, as I see, is intolerably hot; let us withhold our hands and meanwhile, since the slave has just told us that oil is in the habit of congealing, let us consider why oil congeals often and readily, but wine rarely." And he looked at me and bade me give my opinion. Then I replied that I inferred that wine congealed less quickly because it had in it certain seeds of heat and was naturally more fiery, and that was why Homer called ¹ it *αἶθος*,² and not, as some supposed, on account of its colour.

Gellius seems to be wrong so far as Homer is concerned, although some other writers used *αἶθος* in the sense of "fiery," as applied to persons.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 11 "Est quidem," inquit Taurus, "ita ut dicis; nam
12 ferme convenit vinum, ubi potum est, calefacere
13 corpora. Sed non secus oleum quoque calorificum
14 est neque minorem vim in corporibus calefaciendis
15 habet. Ad hoc, si istaec quae calidiora sunt difficilius
16 gelu coguntur, congruens est ut quae frigidiora sunt
17 facile cogantur. Acetum autem omnium maxime
18 frigorificum est atque id numquam tamen concrecit.
19 Num igitur magis causa oleo coaguli celerioris in
20 levitate est? Faciliora enim ad coeundum videntur
21 quae leviora levioraque sunt."
22 Praeterea id quoque ait quaeri dignum, cur flu-
23 viorum et fontium aquae gelu durentur, mare omne
24 incongelabile sit. "Tametsi Herodotus," inquit,
25 "historiae scriptor, contra omnium ferme qui haec
26 quaesiverunt opinionem, scribit mare Bosporicum,
27 quod 'Cimmerium' appellatur, earumque partium
28 mare omne quod 'Scythicum' dicitur, gelu stringi
29 et consistere."
30 Dum haec Taurus, interea puer venerat et aula
31 deferbuerat tempusque esse coeperat edendi et
32 tacendi.

IX

De notis litterarum quae in C. Caesaris epistulis reperiuntur;
deque aliis clandestinis litteris ex vetere historia petitis;¹
et quid *σκυτάλη* sit Laconica

- 1 LIBRI sunt epistularum C. Caesaris ad C. Oppium
et Balbum Cornelium, qui rebus eius absentis cura-

¹ petita, *Skutsch*, comparing *lemmata* of 1 3, 7; 11.

¹ iv 28 (ii, p. 226, *L.C.L.*).

² The Cimmerian Bosphorus, the present Strait of

BOOK XVII. VIII. II-IX. I

"It is indeed," says Taurus, "as you say. For it is well known that wine, when we drink it, warms the body. But oil is equally calorific and has no less power of warming the body. Besides, if those things which are warmer are frozen with greater difficulty, it follows that those which are colder freeze more readily. But vinegar is the most cooling of all things and yet it never freezes. Is the reason then for the quicker freezing of oil to be found in its lightness? For those things seem to congeal more readily which are lighter and smoother"

Taurus says besides that it is also worth inquiring why the waters of rivers and streams freeze, while all the sea is incapable of freezing. "Although Herodotus," said he, "the writer of history, contrary to the opinion of almost all who have investigated these matters, writes¹ that the Bosphoric sea, which is called Cimmerian,² and all that part of the sea which is termed Scythian,³ is bound fast by the cold and brought to a standstill."

While Taurus was thus speaking, the boy had returned, the pot had cooled off, and the time had come to eat and hold our peace.

IX

Of the cypher letters which are found in the epistles of Gaius Caesar, and of other secret forms of writing taken from ancient history; and what the Læonian *σκυτάλη* is.

THERE are volumes of letters of Gaius Caesar addressed to Gaius Oppius and Cornelius Balbus,

Yemkale, connecting the Palus Maeotis (Sea of Azov) with the Pontus Euxinus or Black Sea.

³ Herodotus does not use the term "Scythian Sea," but says "the sea," referring to the Palus Maeotis and the Euxine. See the map, *Herod. L.C.L.*, vol. ii.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

2 bant. In his epistulis quibusdam in locis inveniun-
tur litterae singulares sine coagmentis syllabarum,
3 quas tu putes positas incondite; nam verba ex his
litteris confici nulla possunt. Erat autem conven-
tum inter eos clandestinum de commutando situ
litterarum, ut in scripto quidem alia aliae locum et
4 nomen teneret, sed in legendo locus cuique suus et
potestas restitueretur; quaenam vero littera pro qua
scriberetur, ante is, sicuti dixi, conplacebat qui hanc
5 scribendi latebram parabant. Est adeo Probi gram-
matici commentarius satis curiose factus *De Occulta
Litterarum Significatione in Epistularum C. Caesaris
Scriptura*.¹

6 Lacedaemonii autem veteres, cum dissimulare et
occultare litteras publice ad imperatores suos missas
volebant, ne, si ab hostibus eae captae² forent,
consilia sua noscerentur, epistulas id genus factas
7 mittebant. Surculi duo erant teretes, oblonguli,
pari crassamento eiusdemque longitudinis, derasi
8 atque ornati consimiliter; unus imperatori in bellum
proficiscenti dabatur, alterum domi magistratus cum
9 iure³ atque cum signo habebant. Quando usus
venerat litterarum secretiorum, circum eum surcu-
lum lorum modicae tenuitatis, longum autem
quantum rei satis erat, complicabant, volumine
rotundo et simplici, ita uti orae adiunctae undique et
10 cohaerentes lori, quod plicabatur, coirent. Litteras
deinde in eo loro per transversas iuncturarum oras

¹ scriptura, *Hertz*, scriptarum, *ω*.

² hostibus exceptae, *ς*.

³ cura, *Madvig*; loro, *Goettling*.

¹ in p. 137, *Dinter*.

² See *Suet. Jul.* lvi. 6, who says that Caesar wrote *d* for *a*, and so on with the other letters.

who had charge of his affairs in his absence. In certain parts of these letters¹ there are found individual characters which are not connected to form syllables, but apparently are written at random ; for no word can be formed from those letters. But a secret agreement had been made between the correspondents about a change in the position of the letters, so that, in writing, one name and position was given to one letter and another to another, but in reading its own place and force was restored to each of them.² But which letter was written for which was, as I have already said, agreed upon by those who devised this secret code. There is in fact a commentary of the grammarian Probus, *On the Secret meaning of the Letters appearing in the Epistles of Gaius Caesar*, which is a very careful piece of work.

But the ancient Lacedaemomans, when they wanted to conceal and disguise the public dispatches sent to their generals, in order that, in case they were intercepted by the enemy, their plans might not be known, used to send letters written in the following manner. There were two thin, cylindrical wands of the same thickness and length, smoothed and prepared so as to be exactly alike. One of these was given to the general when he went to war, the other the magistrates kept at home under their control and seal. When the need of more secret communication arose, they bound about the staff a thong of moderate thickness, but long enough for the purpose, in a simple spiral, in such a way that the edges of the thong which was twined around the stick met and were joined throughout. Then they wrote the dispatch on that thong across

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- versibus a summo ad imum proficiscentibus inscribere-
 11 bant; id lorum litteris ita perscriptis revolutum ex
 surculo imperatori commenti istius conscio mitte-
 12 bant; resolutio autem lori litteras truncas atque
 mutilas reddebat membraque earum et apices in
 13 partis diversissimas spargebat; propterea, si id
 lorum in manus hostium inciderat, nihil quicquam
 14 coniectari ex eo scripto quibat; sed ubi ille ad quem
 erat missum acceperat, surculo conpari, quem habe-
 bat, a¹ capite ad finem, proinde ut debere fieri
 sciebat, circumplicabat, atque ita litterae per eundem
 ambitum surculi coalescentes rursus coibant inte-
 gramque et incorruptam epistulam et facilem legi
 15 praestabant. Hoc genus epistulae Lacedaemonii
 16 σκυτάλην appellant. Legebamus id quoque in vetere
 historia rerum Poenicarum, virum indidem quempiam
 inlustrem—sive ille Hasdrubal sive quis alius est non
 retineo—epistulam scriptam super rebus arcanis hoc
 17 modo abscondisse: pugillaria nova, nondum etiam
 cera inlita, accepisse,² litteras in lignum incidisse,
 postea tabulas, uti solitum est, cera conlevisse easque
 tabulas, tamquam non scriptas, cui facturum id prae-
 dixerat misisse; eum deinde ceram derasisse litteras-
 que incolumes ligno incisas legisse.
- 18 Est et alia in monumentis rerum Graecarum pro-
 funda quaedam et inopinabilis latebra, barbarico
 19 astu excogitata. Histiaeus nomine fuit, loco natus
 20 in terra Asia non ignobili. Asiam tunc tenebat

¹ a added by Madvig.

² cepisse, *Kronenberg*, comparing xix 12. 9; but see *Hor. Serm.* i. 4. 14-15.

¹ See note on xiii. 31. 10, and *A.J.P.* xlviii, No. 1.

the connected edges of the joints, with the lines running from the top to the bottom. When the letter had been written in this way, the thong was unrolled from the wand and sent to the general, who was familiar with the device. But the unrolling of the thong made the letters imperfect and broken, and their parts and strokes¹ were divided and separated. Therefore, if the thong fell into the hands of the enemy, nothing at all could be made out from the writing; but when the one to whom the letter was sent had received it, he wound it around the corresponding staff, which he had, from the top to the bottom, just as he knew that it ought to be done, and thus the letters, united by encircling a similar staff, came together again, rendering the dispatch entire and undamaged, and easy to read. This kind of letter the Lacedaemonians called *σκυτάλη*. I also read this in an ancient history of Carthage, that a certain famous man of that country—whether it was Hasdrubal or another I do not recall—disguised a letter written about secret matters in the following way: he took new tablets, not yet provided with wax, and cut the letters into the wood. Afterwards he covered the tablet with wax in the usual way and sent it, apparently without writing, to one to whom he had previously told his plan. The recipient then scraped off the wax, found the letters safe and sound inscribed upon the wood, and read them.

There is also in the records of Grecian history another profound and difficult method of concealment, devised by a barbarian's cunning. He was called Histiaeus and was born in the land of Asia in no mean station. At that time king Darius held

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 21 imperio rex Darius. Is Histiaeus, cum in Persis
apud Darium esset, Aristagorae cupiam res quasdam
22 occultas nuntiare furtivo volebat. Com-
miniscitur opertum hoc litterarum admirandum.
Servo suo diu oculos aegros habenti capillum ex
capite omni tamquam medendi gratia deradit
caputque eius leve in litterarum formas compungit.
23 His litteris quae voluerat perscripsit, hominem
postea quoad capillus adolesceret domo continuit.
24 Ubi id factum est, ire ad Aristagoran iubet et "Cum
25 ad eum," inquit, "veneris, mandasse me dicito ut
caput tuum, sicut nuper egomet feci, deradat."
26 Servus, ut imperatum erat, ad Aristagoran venit
27 mandatamque domini adfert. Atque ille id non
esse frustra ratus, quod erat mandatum fecit. Ita
litterae perlatae sunt.

X

Quid de versibus Vergilii Favorinus existumarit, quibus in
describenda flagrantia montis Aetnae Pindarum poetam
secutus est; conlataque ab eo super eadem re utriusque
carmina et diiudicata¹

- 1 FAVORINUM philosophum, cum in hospitis sui
Antiatem villam aestu anni concessisset nosque ad
eum videndum Roma venissemus, memini super
Pindaro poeta et Vergilio in hunc ferme modum
2 disserere: "Amici," inquit, "familiaresque P.
Vergilii, in his quae de ingenio moribusque eius
memoriae tradiderunt, dicere eum solitum ferunt
3 parere se versus more atque ritu ursino. Namque

¹ indiudicata, δ, iudicata, *Hertz*.

BOOK XVII. IX. 20-X. 3

sway in Asia. This Histiaeus, being in Persia with Darius, wished to send a confidential message to a certain Aristagoras in a secret manner. He devised this remarkable method of concealing a letter. He shaved all the hair from the head of a slave of his who had long suffered from weak eyes, as if for the purpose of treatment. Then he tattooed the forms of the letters on his smooth head. When in this way he had written what he wished, he kept the man at home for a time, until his hair grew out. When this happened, he ordered him to go to Aristagoras, adding: "When you come to him, say that I told him to shave your head, as I did a little while ago." The slave, as he was bidden, came to Aristagoras and delivered his master's order. Aristagoras, thinking that the command must have some reason, did as he was directed. And thus the letter reached its destination.

X

What Favorinus thought of the verses of Virgil in which he imitated the poet Pindar in his description of an eruption of Mount Aetna; his comparison and evaluation of the verses of the two poets on the same theme.

I REMEMBER that the philosopher Favorinus, when he had gone during the hot season to the villa of a friend of his at Antium, and I had come from Rome to see him, discoursed in about the following manner about the poets Pindar and Virgil. "The friends and intimates of Publius Vergilius," said he, "in the accounts which they have left us of his talents and his character, say that he used to declare that he produced verses after the manner and fashion of a

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum informemque lambendoque id postea quod ita edidisset conformaret et fingeret, promde ingenii quoque sui partus recentes rudi esse facie et imperfecta, sed deinceps tractando colendoque reddere iis se oris et vultus linia-
4 menta Hoc virum iudicii subtilissimi ingenue atque
5 vere dixisse, res," inquit, "indicium facit. Nam quae reliquit perfecta expolitaque quibusque inposuit
6 census atque dilectus sui supremam manum, omni poeticae venustatis laude florent; sed quae procrastinata sunt ab eo, ut post recenserentur, et absolvi, quoniam mors praeverterat, nequiverunt, nequaquam poetarum elegantissimi nomine atque iudicio
7 digna sunt. Itaque cum morbo obpressus adventare mortem viderat, petivit oravitque a suis amicissimis inpense, ut Aeneida, quam nondum satis elimavisset, adolerent.

8 "In his autem," inquit, "quae videntur retractari et corrigi debuisse, is maxime locus est qui de monte Aetna factus est. Nam cum Pindari, veteris poetae, carmen quod de natura atque flagrantia montis eius compositum est, aemulari vellet, eiusmodi sententias et verba molitus est, ut Pindaro quoque ipso, qui nimis opima pinguique esse facundia existimatus est,
9 insolentior hoc quidem in loco tumidorque sit. Atque uti vosmet ipsos," inquit, "eius quod dico arbitros faciam, carmen Pindari quod est super monte Aetna, quantum est mihi memoriae, dicam :

¹ Cf. Suet. *Vita Verg* 22 (n. p. 470, *L.C.L.*)

bear. For he said that as that beast brought forth her young formless and misshapen, and afterwards by licking the young cub gave it form and shape, just so the fresh products of his mind were rude in form and imperfect, but afterwards by working over them and polishing them he gave them a definite form and expression.¹ That this was honestly and truly said by that man of fine taste," said he, "is shown by the result. For the parts that he left perfected and polished, to which his judgment and approval had applied the final hand, enjoy the highest praise for poetical beauty; but those parts which he postponed, with the intention of revising them later, but was unable to finish because he was overtaken by death, are in no way worthy of the fame and taste of the most elegant of poets. It was for that reason, when he was laid low by disease and saw that death was near, that he begged and earnestly besought his best friends to burn the *Aeneid*, which he had not yet sufficiently revised.

"Now among the passages," said Favorinus, "which particularly seem to have needed revision and correction is the one which was composed about Mount Aetna. For wishing to rival the poem which the earlier poet Pindar composed about the nature and eruption of that mountain, he has heaped up such words and expressions that in this passage at least he is more extravagant and bombastic even than Pindar himself, who was thought to have too rich and luxuriant a style. And in order that you yourselves," said he, "may be judges of what I say, I will repeat Pindar's poem about Mount Aetna, so far as I can remember it:²

² *Pyth.* 1. 21 ff.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Τὰς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἀγνόταται
 Ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοὶ δ' ἀμέρισιν μὲν προχέοντι
 ῥόον καπνοῦ
 Αἰθῶν· ἀλλ' ἐν ὄρφναισιν πέτρας¹
 Φοίμισσα κυλινδομένα φλόξ ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου
 πλάκα σὺν πατάγῳ.
 Κεῖνο δ' Ἀφαιστόιο κρουνοὺς ἐρπετὸν
 Δεινοτάτους ἀναπέμπει· τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέσ-
 θαι, θαῦμα δὲ καὶ παρεόντων ἀκούσαι.

- 10 Audite nunc," inquit, "Vergilii versus, quos inchoasse eum verius dixerim, quam fecisse :

Portus ab accessu ventorum inmotus et ingens
 Ipse, sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis
 Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem,
 Turbine fumantem piceo et candente favilla,
 Adtollitque globos flammaram et sidera lambit ;
 Interdum scopulos avulsaque viscera montis
 Erigit eructans liquefactaque saxa sub auras
 Cum gemitu glomerat fundoque exaestuat imo.

- 11 *Iam principio,*" inquit, "Pindarus, veritati magis obsecutus, id dixit quod res erat quodque istic usu veniebat quodque oculis videbatur, interdus fumare
 12 Aetnam, noctu flammigare ; Vergilius autem, dum in strepitu sonituque verborum conquiendo laborat, utrumque tempus, nulla discretione facta, confudit.
 13 Atque ille Graecus quidem fontes imitus² ignis eructari et fluere amnes fumi et flammaram fulva et tortuosa volumina in plagas maris ferre, quasi quos-

¹ πέτρας omitted by ω.

² imitus, *Lipsius* ; imitatus, ω.

¹ The monster was the giant Typhoeus, or Typhon, who was struck by Zeus' thunder-bolt and buried under Aetna.

BOOK XVII. x. 9-13

Mount Aetna, from whose inmost caves burst forth
The purest fount of unapproachable fire.
By day her rivers roll a lurid stream
Of smoke, while 'mid the gloom of night red flame,
On sweeping, whirlleth rocks with crashing din
Far down to the deep sea. And high aloft
That monster¹ flingeth fearful founts of fire,
A marvel to behold or e'en to hear
From close at hand.

“Now hear the verses of Virgil, which I may more truly say that he began than finished :²

There lies a port, safe from the winds' approach,
Spacious itself, but Aetna close at hand
Thunders with crashes dire, and now hurls foith
Skyward a dusky cloud with eddies black
And glowing ash, and uplifts balls of flame
And licks the stars; now spews forth rocks,
The mountain's entrails torn, hurls molten crags
Groaning to heaven, and seethes from depths
profound.

“Now in the first place,” said Favorinus, “Pindar has more closely followed the truth and has given a realistic description of what actually happened there, and what he saw with his own eyes; namely, that Aetna in the daytime sends forth smoke and at night fire; but Virgil, labouring to find grand and sonorous words, confuses the two periods of time and makes no distinction between them. Then the Greek has vividly pictured the streams of fire belched from the depths and the flowing rivers of smoke, and

² *Aen.* iii. 570 ff.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

dam igneos angues, luculente dixit; at hic noster
 14 'atram nubem turbine piceo et favilla fumantem'
 ῥόον καπνοῦ αἰθωνα interpretari volens, crasse et in-
 15 modice congeffit, 'globos' quoque 'flammarum,'
 quod ille κρουνοῦς dixerat, duriter et ἀλύρως trans-
 16 tulit. Item quod ait: 'sidera lambit,' vacanter hoc
 17 etiam," inquit, "accumulavit et inaniter." Neque
 non id quoque inenarrabile esse ait et propemodum
 insensibile, quod "nubem atram fumare" dixit
 18 "turbine piceo et favilla candente." "Non enim
 fumare," inquit, "solent neque atra esse quae sunt
 candentia; nisi si 'candenti' dixit pervulgate et
 inproprie pro ferventi favilla, non pro ignea et
 relucenti. Nam 'candens' scilicet a candore dictum,
 19 non a calore. Quod 'saxa' autem 'et scopulos
 eructari et erigi' eosdemque ipsos statim 'liqueferi
 et gemere atque glomerari sub auras' dixit, hoc,"
 inquit, "nec a Pindaro scriptum nec umquam fando
 auditum et omnium, quae monstra dicuntur, mon-
 struosissimum est"

¹ Not all modern critics would agree with Favornus as to Virgil's last two lines, with their elaborate accommodation of sound to sense.

the rushing of lurid and spiral volumes of flame into the waters of the sea, like so many fiery serpents; but our poet, attempting to render ῥόον καπνοῦ αἰθωνα, 'a lurid stream of smoke,' has clumsily and diffusely piled up the words *atram nubem turbine piceo et favilla fumantem*, 'a dusky cloud smoking with eddies black and glowing ash,' and what Pindar called κροννοί, or 'founts,' he has harshly and inaccurately rendered by 'balls of flame.' Likewise when he says *sidera lambit*, 'it licks the stars,' this also," he says, "is a useless and foolish elaboration. And this too is inexplicable and almost incomprehensible, when he speaks of a 'black cloud smoking with eddies black and glowing ash.' For things which glow," said Favorinus, "do not usually smoke nor are they black; unless *candenti* ('glowing') is used vulgarly and inaccurately for hot ashes, instead of those which are fiery and gleaming. For *candens*, of course, is connected with *candor*, or 'whiteness,' not with *calor* ('heat'). But when he says *saxa et scopulos eructari et erigi*, 'that rocks and crags are spewed forth and whirled skyward,' and that these same crags at once *liqueferi et gemere atque glomerari ad auras*, 'are molten and groan and are whirled to heaven,' this," he said, "is what Pindar never wrote and what was never spoken by anyone; and it is the most monstrous of all monstrous descriptions." ¹

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

XI

Quod Plutarchus in libris *Symposiacis* opinionem Platonis de habitu atque natura stomachi, fistulaeque eius quae *τραχεΐα* dicitur, adversum Erasistratum medicum tutatus est, auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

- 1 Et Plutarchus et alii quidam docti viri reprehensum esse ab Erasistrato, nobili medico, Platonem scripsere, quod potum dixit defluere ad pulmonem eoque satis humectato demanare per eum, quia sit rimosior, et confluere inde in vesicam, errorisque istius fuisse Alcaeum ducem, qui in poematis suis scriberet :

Τέγγε πνεύμονα οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,

- 2 ipsum autem Erasistratum dicere duas esse quasi canaliculas quasdam vel fistulas easque ab oris faucibus proficisci deorsum, per earumque alteram deduci delabique in stomachum esculenta omnia et posculenta¹ ex eoque ferri in ventriculum, quae Graece appellatur ἡ κάτω κοιλία, atque ibi subigi digerique, ac deinde aridiora ex his recrementa in alvum convenire, quod Graece κόλον dicitur, humidiora per
3 renes in vesicam. Per alteram autem fistulam, quae Graece nominatur *τραχεΐα ἀρτηρία*, spiritum a summo ore in pulmonem atque inde rursus in os et in
4 nares commeare, perque eandem viam vocis quoque

¹ posculenta, Z, cf. iv. l. 17; poculenta (potulenta, NQ), ω.

¹ *Sympos.* vii. l.

² p. 194, Fuchs.

³ *Tim.* 44, p. 91, A; 31, p. 70, c.

⁴ Frag. 39, Bergk⁴.

⁵ pp. 184 ff. and 194, Fuchs.

⁶ The three places referred to are the stomach, the small

XI

That Plutarch in his *Symposiacs* defended the opinion of Plato about the structure and nature of the stomach, and of the tube which is called *τραχεΐα*, against the physician Erasistratus, urging the authority of the ancient physician Hippocrates.

BOTH Plutarch¹ and certain other learned men have written that Plato was criticized by the famous physician Erasistratus,² because he said³ that drink went to the lungs and having sufficiently moistened them, flowed through them, since they are somewhat porous, and from there passed into the bladder. They declared that the originator of that error was Alcaeus, who wrote⁴ in his poems :

Wet now the lungs with wine ; the dog-star shines,
but that Erasistratus himself declared⁵ that there were two little canals, so to speak, or pipes, and that they extended downward from the throat ; that through one of these all food and drink passed and went into the stomach, and from there were carried into the belly, which the Greeks call *ἡ κάτω κοιλία*. That there it is reduced and digested and then the drier excrement passes into the bowels, which the Greeks call *κόλον*,⁶ and the moisture through the kidneys into the bladder. But through the other tube, which the Greeks call the *τραχεΐα ἀρτηρία*, or "rough windpipe," the breath passes from the lips into the lungs, and from there goes back into the mouth and nostrils, and along this same road a passage for the voice also is made ; and lest drink intestine and the large intestine. Neither the Greek nor the Latin terms are always used consistently.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

feri meatum ac, ne potus cibusve aridior, quem oporteret in stomachum ire, procideret ex ore labereturque in eam fistulam per quam spiritus recipitur, eaque offensione intercluderetur animae via, inpositam esse arte quadam et ope naturae inde apud duo ista foramina, quae dicitur ἐπιγλωττίς, quasi claustra quaedam mobilia, conuentia vicissim et resurgentia, 5 eamque ἐπιγλωττίδα inter edendum bibendumque operire atque protegere τὴν τραχείαν ἀρτηρίαν, ne quid ex esca potuve incideret in illud quasi aestuantis animae iter; ac propterea nihil humoris influere in pulmonem ore ipso arteriae communito

Haec Erasistratus medicus adversum Platonem
6 Sed Plutarchus in libro¹ *Symposiacorum* auctorem Platonis sententiae Hippocraten dicit fuisse idemque esse opinatos et Philistiona Locrum et Dioxippum Hippocraticum, veteres medicos et nobiles; atque illam, de qua Erasistratus dixerat, ἐπιγλωττίδα non idcirco eo in loco constitutam, ne quid ex potu influeret in arteriam; nam pulmoni quoque fovendo rigandoque utiles necessariosque humores videri, set adpositam quasi moderatricem quandam et arbitram prohibendi admittendive quod ex salutis usu foret, uti edulia quidem omnia defenderet ab arteria depelleretque in stomachum, potum autem partiretur inter stomachum et pulmonem et quod ex eo admitti in pulmonem per arteriam deberet, non rapidum id neque universum, sed quadam quasi obice sustenta-

¹ septimo, *Volkmann*; Symp. vii, *Skutsch*.

¹ vii. l. 3.

² Frag. 7, p. 112, *Wellmann*.

or drier food, which ought to pass into the stomach, should fall from the mouth and slip into that tube through which the breath goes back and forth, and by such an accident the path of the breath should be cut off, there has been placed at these two openings by a kind of helpful device of nature, a sort of movable valve which is called the "epiglottis," which alternately shuts and opens. This epiglottis, while we are eating and drinking, covers and protects "the rough windpipe," in order that no particle of food or drink may fall into that path, so to speak, of the rising and falling breath; and on that account no moisture passes into the lungs, since the opening of the windpipe itself is well protected.

These are the views of the physician Erasistratus, as opposed to Plato. But Plutarch, in his *Symposiacs*,¹ says that the originator of Plato's opinion was Hippocrates, and that the same opinion was held by Philistion of Locris² and Dioxippus the pupil of Hippocrates, famous physicians of the olden time; also that the epiglottis, of which Erasistratus spoke, was not placed where it is to prevent anything that we drank from flowing into the windpipe; for fluid seems necessary and serviceable for refreshing and moistening the lungs; but it was placed there as a kind of controller and arbiter, to exclude or admit whatever was necessary for the health of the body; to keep away all foods from the windpipe and turn them to the stomach, but to divide what is drunk between the stomach and the lungs. And that part which ought to be admitted into the lungs through the windpipe the epiglottis does not let through rapidly and all at once, but when it has been checked and held back, as it were by a kind

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

tum ac repressum sensim paulatimque tramitteret atque omne reliquum in alteram stomachi fistulam derivaret.

XII

De maternis infamibus, quas Graeci ἀδόξους appellant, a Favorino exercendi gratia disputatis.

- 1 INFAMES materias, sive quis mavult dicere “inopinabiles,” quas Graeci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant, et veteres adorti sunt, non sophistae solum, sed philosophi quoque, et noster Favorinus oppido quam libens in eas materias se¹ deiciebat,² vel ingenio expergificando ratus idoneas vel exercendis argutis vel
- 2 edomandis usu difficultatibus; sicuti, cum Thersitae laudes quaesivit et cum febrim quartis diebus recurrentem laudavit, lepida sane multa et non facilia inventu in utramque causam dixit eaque scripta in libris reliquit.
- 3 Sed in febris laudibus testem etiam Platonem produxit, quem scripsisse ait qui quartanam passus convaluerit viresque integras recuperaverit, fidelius constantiusque postea valiturum. Atque inibi in³ isdem laudibus non hercle hac sententiola invenuste
- 4 lusit: “Versus,” inquit, “est longo hominum aevo probatus:

Ἄλλοτε μητρικὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ

¹ se added by Madvig.

² deiciebat, T; dicebat, X; deicebat, ω.

³ in added in σ

¹ See Pease, “Things without Honor,” *Class. Phil.* xxi pp 27 ff. An example is Erasmus’ *Praise of Folly*.

² Frag. 65, Marres

³ See note 1, p. 252.

BOOK XVII. xi. 6-xii. 4

of dam, it allows it to pass gradually and little by little, and turns aside all the remainder into the other tube leading to the stomach.

XII

Of ignoble subjects, called by the Greeks *ἄδοξοι*, or “unexpected,” argued by Favorinus for the sake of practice.

Not only the sophists of old, but the philosophers as well, took up ignoble subjects,¹ or if you prefer, unexpected ones, *ἄδοξοι ὑποθέσεις*, as the Greeks call them; and our friend Favorinus took a great deal of pleasure in descending to such subjects,² either thinking them suitable for stimulating his thoughts or exercising his cleverness or overcoming difficulties by practice. For example, when he attempted to praise Thersites and pronounced a eulogy upon the quartan ague,³ he said many clever and ingenious things on both topics, which he has left written in his works.

But in his eulogy of fever he even produced Plato as a witness, declaring that the philosopher wrote⁴ that one who after suffering from quartan ague got well and recovered his full strength, would afterwards enjoy surer and more constant health. And in that same eulogy he made this quip, which, of a truth, is not ungraceful: “The following lines,” he says, “have met with the approval of many generations of men:”⁵

Sometimes a day is like a stepmother,
And sometimes like a mother.

⁴ *Tim.* 10, p. 86 A.

⁵ Hesiod, *Works and Days*, 825.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Eo versu significatur, non omni die bene esse posse,
5 sed isto bene atque alio male. Quod cum ita sit,"
inquit, "ut in rebus humanis bene aut male vice
alterna sit, haec biduo medio intervallata febris
quanto est fortunatior, in qua est *μία μητρικά, δύο*
μητέρες!"

XIII

"Quin" particula quot qualesque varietates significationis
habeat et quam saepe in veterum scriptis obscura sit

- 1 "QUIN" particula, quam grammatici coniunctionem
appellant, variis modis sententisque conectere
2 orationem videtur. Aliter enim dici putatur, cum
quasi increpantes vel interrogantes vel exhortantes
dicimus "quin venis?" "quin legis?" "quin fugis?"
aliter, cum ita confirmamus: "non dubium est, quin
M. Tullius omnium sit eloquentissimus," aliter autem,
cum sic componimus, quod quasi priori videtur con-
trarium: "non idcirco causas Isocrates non defendit,
quin id utile esse et honestum existumarit"; a quo
3 illa significatio non abhorret, quae est in tertia *Origine*
M. Catonis. "Haut eos," inquit, "eo postremum
4 scribo, quin populi et boni et strenui sient." In
secunda quoque *Origine* M. Cato non longe secus hac
particula usus est: "Neque satis," inquit, "habuit
quod eum in occulto vitiaverat, quin eius famam
prostitueret."

¹ Owing to the Roman method of inclusive reckoning, the quartan ague, occurring on every fourth day, had an interval of two days; see *Class Phil* viii. 1 ff.

² Frag. 73, Peter².

³ This rather difficult example I do not find in our grammars.

⁴ *Id.* 36.

The meaning of the verses is that a man cannot fare well every day, but fares well on one day and ill on another. Since it is true," he says, "that in human affairs things are in turn, now good, now bad, how much more fortunate is this fever which has an interval of two days,¹ since it has only one stepmother, but two mothers!"

XIII

How many and what varieties of meaning the particle *quoniam* has, and that it is often obscure in the earlier literature.

THE particle *quoniam*, which the grammarians call a conjunction, seems to connect sentences in various ways and with divers meanings. For it seems to have one meaning when we say, as if chiding or questioning or exhorting, *quoniam venis?* "Why don't you come?" *quoniam legis?* "Why don't you read?" or *quoniam fugis?* "Why don't you flee?" , but it has a different meaning when we affirm, for example, that "there is no doubt but that (*quoniam*) Marcus Tullius is the most eloquent of all men," and still a third, when we add something which seems contradictory to a former statement: "Isocrates did not plead causes, not but that he thought it useful and honourable so to do." In the last of these sentences the meaning is not very different from that which is found in the third book of Marcus Cato's *Origines*:² "these I describe last, not but that they are good and valiant peoples."³ Also in the second book of the *Origines* Marcus Cato has used this particle in a very similar manner.⁴ "He did not consider it enough to have slandered him privately, without openly defaming his character."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 5 Praeterea animadvertimus Quadrigarium in octavo
Annalium particula ista usum esse obscurissime.
Verba ipsius posuimus: "Romam venit; vix superat
6 quin triumphus decernatur." Item in sexto *Annali*
eiusdem verba haec sunt: "Paene factum est quin
7 castra relinquerent atque cederent hosti." Non me
autem praeterit dicere aliquem posse de summo
8 pectore nil esse in his verbis negotii; nam "quin"
utrobique positum pro "ut" planissimumque esse, si
ita dicas: "Romam venit; vix superat, ut triumphus
decernatur"; item alio in loco: "Paene factum est,
9 ut castra relinquerent atque cederent hosti." Sed
utantur sane, qui tam expediti sunt, perfugiis com-
mutationum in verbis quae non intelleguntur, utantur
tamen, ubi id facere poterunt, verecundius.
- 10 Hanc particulam de qua dicimus, nisi si quis didi-
cerit compositam copulatamque esse neque vim
tantum coniungendi habere, sed certa quadam
significatione factam, numquam profecto rationes ac
11 varietates istius comprehensurus est. Quod quia
longioris dissertationis est, poterit, cui otium est,
reperire hoc in P. Nigidii *Commentariis*, quos *Gram-*
maticos inscripsit.

¹ Frag. 70, Peter².

² *Quin* = "why not"; see note 4 below.

³ *Id.* 58.

et Terentius et subinde et Pacuvius et Pacuvio iam
sene Accius clariorque tunc in poematis eorum
obtrectandis Lucilius fuit.

50 Sed progressi longius sumus, cum finem pro-
posuerimus adnotatiunculis istis bellum Poenorum
secundum.

BOOK XVII. xxi. 49-50

Pacuvius was already an old man, Accius and then Lucilius, who was still more famous through his criticisms of the poems of his predecessors.

But I have gone too far, since the limit that I set for these little notes was the second Punic war.

BOOK XVIII

LIBER OCTAVUS DECIMUS

I

Disputationes a philosopho Stoico et contra a Peripatetico, arbitro Favorino, factae; quaesitumque inter eos quantum in perficienda vita beata virtus valeret quantumque esset in his quae dicuntur extranea.

- 1 FAMILIARES Favorini erant duo quidam non in-
celebres in urbe Roma philosophi. Eorum fuit unus
2 Peripateticae disciplinae sectator, alter Stoicae. His
quondam ego acriter atque contente pro suis utrim-
que decretis propugnantibus, cum essemus una
omnes Ostiae cum Favorino, interfui. Ambulaba-
3 mus autem in litore, cum iam advesperasset, et
aestate anni novi.¹
4 Atque ibi Stoicus censebat et vitam beatam ho-
mini virtute animi sola et miseriam summam malitia
sola posse effici, etiamsi cetera bona omnia quae cor-
poralia et externa appellarentur virtuti deessent,
5 malitiae adessent. Ille contra Peripateticus miseram
quidem vitam vitis animi et malitia sola fieri con-
cedebat, sed ad complendos omnes vitae beatae
numeros virtutem solam nequaquam satis esse
existimabat, quoniam et corporis integritas sani-
tasque et honestus modus formae et pecunia familia-
ris² et bona existimatio ceteraque omnia corporis et
fortuna bona necessaria viderentur perficiendae
vitae beatae.

¹ nova, *Salmasius*; novi, ω; molli, *Damsté*.

² fortunae et pecuniae reiue familiaris, *Madvig*; res familiaris, *Damsté*; *but cf.* iii. 17. 1.

BOOK XVIII

I

Discussions held by a Stoic philosopher and in opposition by a Peripatetic, with Favorinus as arbiter; and the question at issue was, how far virtue availed in determining a happy life and to what extent happiness was dependent on what are called external circumstances.

THERE were two friends of Favorinus, philosophers of no little note in the city of Rome, one of them was a follower of the Peripatetic school, the other of the Stoic. I was once present when these men argued ably and vigorously, each for his own beliefs, when we were all with Favorinus at Ostia. And we were walking along the shore in springtime, just as evening was falling.

And on that occasion the Stoic maintained that man could enjoy a happy life only through virtue, and that the greatest wretchedness was due to wickedness only, even though all the other blessings, which are called external, should be lacking to the virtuous man and present with the wicked. The Peripatetic, on the other hand, admitted that a wretched life was due solely to vicious thoughts and wickedness, but he believed that virtue alone was by no means sufficient to round out all the parts of a happy life, since the complete use of one's limbs, good health, a reasonably attractive person, property, good repute, and all the other advantages of body and fortune seemed necessary to make a perfectly happy life.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 6 Reclamabat hoc in loco Stoicus et, tamquam duas
ille res diversas poneret, mirabatur, quod, cum essent
malitia et virtus duo contraria, vita misera et beata
quoque aequae contraria, non servaret in utrisque vim
7 et naturam contrarii et ad miseriam quidem vitae
conficiendam satis valere malitiam solam putaret, ad
praestandam vero beatam vitam non satis solam esse
8 virtutem diceret. Atque id maxime dissidere neque
convenire dicebat, quod qui profiteretur vitam nullo
pacto beatam effici posse si virtus sola abesset, idem
contra negaret, beatam fieri vitam cum sola virtus
adesset, et quem daret haberetque virtuti absentem
honorem, eundem petenti atque praesenti adimeret.
- 9 Tum Peripateticus perquam hercule festive: "Rogo
te," inquit, "cum bona venia respondeas an existi-
mes esse vini amphoram, cum abest ab ea unus
10 congius?" "Minime," inquit, "vini amphora dici
11 potest ex qua abest congius." Hoc ubi accepit
Peripateticus, "Unus igitur," inquit, "congius am-
phoram facere dici debet, quoniam, cum deest ille
unus, non fit amphora vini et, cum accessit, fit
amphora. Quod si id dicere absurdum est, uno
congio solo fieri amphoram, itidem absurdum est
una sola virtute vitam fieri beatam dicere, quoniam,
cum virtus abest, beata esse vita numquam potest."¹
- 12 Tum Favorinus aspiciens Peripateticum, "Est qui-

¹ possit, or quamquam for quoniam, *Skutsch*.

¹ Somewhat less than 6 gallons.

² A little less than 6 pints.

Here the Stoic made outcry against him, and maintaining that his opponent was advancing two contrary propositions, expressed his surprise that, since wickedness and virtue were two opposites, and a wretched and a happy life were also opposites, he did not preserve in each the force and nature of an opposite, but believed that wickedness alone was sufficient to cause an unhappy life, at the same time declaring that virtue alone was not sufficient to guarantee a happy life. And he said that it was especially inconsistent and contradictory for one who maintained that a life could in no way be made happy if virtue alone were lacking, to deny on the other hand that a life could be happy when virtue alone was present, and thus to take away from virtue when present and demanding it, that honour which he gave and bestowed upon virtue when lacking.

Thereupon the Peripatetic, in truth very wittily, said: "Pray pardon me, and tell me this, whether you think that an amphora¹ of wine from which a congius² has been taken, is still an amphora?" "By no means," was the reply, "can that be called an amphora of wine, from which a congius is missing." When the Peripatetic heard this, he retorted: "Then it will have to be said that one congius makes an amphora of wine, since when that one is lacking, it is not an amphora, and when it is added, it becomes an amphora. But if it is absurd to say that an amphora is made from one single congius, it is equally absurd to say that a life is made happy by virtue alone by itself, because when virtue is lacking life can never be happy."

Then Favorinus, turning to the Peripatetic, said:

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- dem," inquit, "argutiola haec qua de congio vini
usus es exposita in libris; sed, ut scis, captio magis
lepida quam probum aut simile argumentum videri
13 debet. Congius enim, cum deest, efficit quidem ne
sit iustae mensurae amphora; sed cum accedit et
additur, non ille unus facit amphoram, sed supplet.
14 Virtus autem, ut isti dicunt, non accessio neque
supplementum, sed sola ipsa vitae beatae instar est
et propterea beatam vitam sola una, cum adest,
facit."
- 15 Haec atque alia quaedam minuta magis et nodosa,
tamquam apud arbitrum Favorinum, in suam uterque
16 sententiam conferebant. Sed cum iam prima fax
noctis et densiores esse tenebrae coepissent, prosecuti
Favorinum in domum, ad quam devertebat, dis-
cessimus.

II

Cuiusmodi quaestionum certationibus Saturnalia ludicra
Athenis agitare soliti simus; atque inibi expressa quaedam
sophismata et aenigmata oblectatoria.

- 1 SATURNALIA Athenis agitabamus hilare prorsum ac
modeste, non, ut dicitur, "remittentes animum"—
nam "remittere," inquit Musonius, "animum quasi
amittere est"—, sed demulcentes eum paulum atque
2 laxantes iucundis honestisque sermonum inlecta-
tionibus. Conveniebamus autem ad eandem cenam
conplusculi, qui Romani in Graeciam veneramus
quique easdem auditiones eosdemque doctores cole-
3 bamus. Tum qui et cenulam ordine suo curabat,
praemium solvendae quaestionis ponebat librum

¹ p. 275, Peerlkamp.

² Cf. note on vii. 13. 2.

“This clever turn which you have used about the congius of wine is indeed set forth in the books; but, as you know, it ought to be regarded rather as a neat catch than as an honest or plausible argument. For when a congius is lacking, it indeed causes the amphora not to be of full measure; but when it is added and put in, it alone does not make, but completes, an amphora. But virtue, as the Stoics say, is not an addition or a supplement, but it by itself is the equivalent of a happy life, and therefore it alone makes a happy life, when it is present.”

These and some other minute and knotty arguments each advanced in support of his own opinion, before Favorinus as umpire. But when the first night-lights appeared and the darkness grew thicker, we escorted Favorinus to the house where he was putting up; and when he went in, we separated.

II

What kind of questions we used to discuss when spending the Saturnalia at Athens; and some amusing sophistries and enigmas.

WE used to spend the Saturnalia at Athens very merrily yet temperately, not “relaxing our minds,” as the saying is—for, as Musonius asserts,¹ to relax the mind is like losing it—but diverting our minds a little and relieving them by the delights of pleasant and improving conversation. Accordingly, a number of us Romans who had come to Greece, and who attended the same lectures and devoted ourselves to the same teachers, met at the same dinner-table. Then the one who was giving the entertainment in his turn,² offered as a prize for solving a problem

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- veteris scriptoris vel Graecum vel Latinum et coronam e lauro plexam, totidemque res quaerebat quot homines istic eramus; cumque eas omnis exposuerat, rem locumque dicendi sors dabat.
- 4 Quaestio igitur soluta corona et praemio donabatur, non soluta autem tramittebatur ad eum qui sortito
- 5 successerat, idque in orbem vice pari servabatur. Si nemo dissolvebat, corona eius quaestionis deo cuius
- 6 id festum erat dicabatur. Quaerebantur autem res huiuscemodi: aut sententia poetae veteris lepide obscura, non anxie, aut historiae antiquioris requisito, aut decreti cuiuspiam ex philosophia perperam invulgati purgatio, aut captionis sophisticae solutio, aut inopinati rariorisque verbi indagatio, aut tempus item in verbo perspicuo obscurissimum.
- 7 Itaque nuper quaesita esse memini numero septem, quorum prima fuit enarratio horum versuum, qui sunt in *Saturis* Quinti Enni uno multifariam verbo concinniter implicati. Quorum exemplum hoc est:
- Nám qui lepidé postulat álterum frustrári,
 Qué́m frustratúr, frustra eum dicit frustra ésse ;
 Nám si se ¹ frústrari quém frustras séntit,
 Quí frustratur frustrast, sí non ille frústra est.²
- 8 Secunda quaestio fuit quonam modo audiri atque accipi deberet, quod Plato, in civitate quam in libris

¹ nam si se *suggested by Hosius*; nam qui sese, *MSS.*

² ille frustra est, *Skutsch.*

¹ vv. 59 ff. Vahlen².

² Rendered as follows by R. J. E. Tiddy in Gordon, *English Literature and the Classics*, p. 206. "The man who thinks to score a pretty score off another, says that he has scored off him off whom he would score—but he hasn't all the same. For he who thinks he's scoring, but isn't all the same, is scored off himself—and so the other scores."

the work of some old Greek or Roman writer and a crown woven from laurel, and put to us as many questions as there were guests present. But when he had put them all, the question which each was to discuss and the order of speaking were determined by lot. Then, when a question was correctly answered, the reward was a crown and a prize; if it was not correctly answered, it was passed on to the next in the allotment, and this process was repeated throughout the circle. If no one could answer a particular question, the crown was dedicated to the god in whose honour the festival was held. Now the questions that were proposed were of this kind: an obscure saying of some early poet, amusing rather than perplexing; some point in ancient history; the correction of some tenet of philosophy which was commonly misinterpreted, the solution of some sophistical catch, the investigation of a rare and unusual word, or of an obscure use of the tense of a verb of plain meaning.

And I recollect that once seven questions were put, the first of which was an explanation of these verses in the *Saturae* of Quintus Ennius,¹ in which one word is very neatly used in many different senses. They run as follows:

Who tries with craft another to deceive,
 Deceives himself, if he says he's deceived
 Whom he'd deceive. For if whom you'd deceive
 Perceives that he's deceived, the deceiver 'tis
 Who is deceived, the other's not deceived.²

The second question was how it ought to be understood and interpreted that Plato in the *State*

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

suis condidit, κοινὰς τὰς γυναῖκας, id est communes esse mulieres, censuit et praemia viris fortissimis summisque bellatoribus posuit saviationes puerorum
 9 et puellarum. Tertio in loco hoc quaesitum est, in quibus verbis captionum istarum fraus esset et quo pacto distingui resolvique possent: "Quod non perdidisti, habes; cornua non perdidisti: habes igitur cornua," item altera captio: "quod ego sum, id tu non es; homo ego sum:¹ homo igitur tu
 10 non es." Quaesitum ibi est quae esset huius quoque sophismatis resolutio: "Cum mentior et mentiri me
 11 dico, mentior an verum dico?" Postea quaestio istaec fuit, quam ob causam patricii Megalensibus
 12 mutitare soliti sint, plebes Cerealibus. Secundum ea hoc quaesitum est: verbum "verant," quod significat "vera dicunt," quisnam poetarum veterum
 13 dixerit? Sexta quaestio fuit, "asphodelum," cuiusmodi herba sit, quod Hesiodus in isto versu posuerit:

Νήπιοι, οὐδὲ ἴσασιν ὄσω πλέον ἤμισυ παντὸς
 Οὐδ' ὄσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλω μέγ' ὄνειρα,

et quid item Hesiodus se dicere sentiat, cum dimi-
 14 dum plus esse toto dicit. Postrema quaestionum

¹ homo . . . sum *supplied by Hertz* (sed homo sum igitur, Q).

¹ *Rep.*, p. 457, etc.; 460, 468.

² The festival of Magna Mater, on April 4, established in
 204 B C

³ The festival of Ceres, on April 19.

⁴ *Works and Days*, 40. Cf. Horace, *Odes*, i. 31. 16:
 me pascunt olivae,

Me cichorea levesque malvae

⁵ Hesiod means that a simple and frugal life is the best. He had shared his father's property with his brother Perses;

which he planned in his books¹ said *κοινὰς τὰς γυναῖκας*, that is, declared that women "should be common property," and that the rewards of the bravest men and the greatest warriors should be the kisses of boys and maidens. In the third place this was asked, in what words the fallacy of the following catches consisted and how they could be made out and explained: "What you have not lost, that you have. You have not lost horns; therefore you have horns." Also another catch: "What I am, that you are not. I am a man; therefore you are not a man." Then it was inquired what was the solution of this sophistry: "When I lie and admit that I lie, do I lie or speak the truth?" Afterwards this question was put, why the patricians are in the habit of entertaining one another on the Megalensia,² and the plebeians on the Cerealia.³ Next came this question: "What one of the early poets used the verb *verant*, in the sense of 'they speak the truth'?" The sixth question was, what kind of a plant the "asphodel" was, which Hesiod mentioned in the following lines:⁴

O fools! who know not how much half exceeds
the whole,⁵

Or that the asphodel and mallow make fine food.

And also what Hesiod meant when he said that the half was more than the whole. The last of all the

but Perses went to law and through the partiality of the judges got possession of the whole inheritance. He soon wasted it, and Hesiod, through his thrift, was able to come to his help. Hence the expression became proverbial. Cicero, on seeing a bust of his brother Quintus, who was of short stature, said: "Half of my brother is greater than the whole." (Macrob. *Sat.* ii. 3. 4.)

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

omnium haec fuit: "Scripserim," "legerim," "venerim," cuius temporis verba sint, praeteriti an futuri an utriusque?

- 15 Haec ubi ordine quo dixi proposita atque singulis sorte ductis disputata explanataque sunt, libris coronisque omnes donati sumus, nisi ob unam
16 quaestionem, quae fuit de verbo "verant" Nemo enim tum commemorat, dictum esse a Q. Ennio id verbum in tertio decimo *Annalium* in isto versu:

Satin vates verant aetate in agunda?

Corona igitur huius quaestionis deo feriarum istarum Saturno datast.

III

Quid Aeschines rhetor, in oratione qua Timarchum de inpudicitia accusavit, Lacedaemonios statuisse dixerit super sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixisset.

- 1 Aeschines, vel acerrimus prudentissimusque oratorum qui apud contiones Atheniensium floruerunt, in oratione illa saeva crimosaque et virulenta, qua Timarchum de inpudicitia graviter insigniterque accusabat, nobile et inlustre consilium Laedaemoniis dedisse dicit virum indidem civitatis eiusdem principem, virtute atque aetate magna praeditum.
2 "Populus," inquit, "Lacedaemonius de summa republica sua, quidnam esset utile et honestum

¹ v. 380, Vahlen².

² In *Timarch.* 180.

questions was this: of what tense the verbs *scripserim*, *legerim* and *venerim* are, perfect or future, or both.

When these questions had been put in the order that I have mentioned, and had been discussed and explained by the several guests on whom the lots fell, we were all presented with crowns and books, except for the one question about the verb *verant*. For at the time no one remembered that the word was used by Quintus Ennius in the thirteenth book of his *Annals* in the following line: ¹

Do seers speak truth (*verant*), predicting life's
extent?

Therefore the crown for this question was presented to Saturn, the god of that festival.

III

What the orator Aeschines, in the speech in which he accused Timarchus of unchastity, said that the Lacedaemonians decided about the praiseworthy suggestion of a most unpraiseworthy man.

AESCHINES, the most acute and sagacious of the orators who gained renown in the Athenian assemblies, in that cruel, slanderous and virulent speech in which he severely and directly accused Timarchus of unchastity, says that a man of advanced years and high character, a leader in that State, once gave noble and distinguished counsel to the Lacedaemonians.

“The people of Lacedaemon,” he says,² “were deliberating as to what was honourable and expedient in a matter of great moment to their State.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

3 deliberabat. Tum exurgit sententiae dicendae gratia
 homo quispiam turpitudine pristinae vitae diffama-
 tissimus, sed lingua tunc atque facundia nimium
 4 quanto praestabilis. Consilium quod dabat, quod-
 que oportere fieri suadebat, acceptum ab universis
 et conplacitum est futurumque erat ex eius sententia
 5 populi decretum. Ibi unus ex illo principum ordine
 quos Lacedaemonii, aetatis dignitatisque maiestate,
 tamquam arbitros et magistros disciplinae publicae
 verebantur, commoto irritatoque animo exiit, et
 ‘Quaenam,’ inquit, ‘Lacedaemonii, ratio aut quae
 tandem spes erit urbem hanc et hanc rempublicam
 salvam inexpugnabilemque esse diutius posse, si
 huiuscemodi anteactae vitae hominibus consiliariis
 utemur? Quod si proba istaec et honesta sententia
 est, quaeso vos, non sinamus eandem dehonestari
 6 turpissimi auctoris contagio.’ Atque ubi hoc dixit,
 elegit virum fortitudine atque iustitia praeter alios
 praestantem, sed inopi lingua et infacundum, iussit-
 que eum consensu petituque omnium eandem illam
 sententiam disertis viri cuiusmodi posset verbis dicere,
 ut nulla prioris mentione habita, scitum atque
 decretum populi ex eius unius nomine fieret qui
 7 id¹ ipsum denuo dixerat. Atque ita, ut suaserat
 8 prudentissimus senex, factum est. Sic bona sen-
 tentia mansit, turpis auctor mutatus est.”

¹ qui id, *J. F. Gronov*; quod, *ω*.

¹ Cf. Cic. *De Senectute*, 20, apud Lacedaemonios quidem ii qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur, senes, referring to the *γερονσία*.

Then there arose, for the purpose of giving his opinion, a man notorious for the baseness of his past life, but at the same time highly eminent for his eloquence and oratory. The advice which he gave, and the course which he said ought to be followed, were approved and accepted by all, and a decree of the people was about to be passed in accordance with his opinion. Thereupon one of that body of leading citizens whom the Lacedaemonians, because of the prestige of their age and rank, revered as judges and directors of public policy,¹ sprang up in a spirit of anger and vexation, and said: 'What prospect, Lacedaemonians, or what hope, pray, will there be that this city and this State can longer be secure and invincible, if we follow counsellors whose past life is like that of this man? Even if this advice is honourable and noble, let us not, I pray you, allow it to be disgraced by the pollution of its most shameful author.' And when he had said this, he selected a man conspicuous before all others for his courage and justice, but a poor speaker and without eloquence, and bade him, with the consent and at the request of all, to deliver that opinion of the eloquent man in the best language he could command, in order that, without mention of the former speaker, the vote and decree of the people might be passed under the name of him alone who had last made that proposition. And the action which that most sagacious old man had recommended was taken. So the good advice endured, but its base author was displaced."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

IV

Quod Sulpicius Apollinaris praedicantem quandam a sese uno Sallusti historias intellegi inlusit, quaestione proposita quid verba ista apud Sallustium significarent: "incertum, stolidior an vanior."

- 1 Cum iam adulescentuli Romae praetextam et puerilem togam mutassemus magistrosque tunc nobis nosmet ipsi exploratiores quaereremus, in Sandaliario forte apud librarios fuimus, cum ibi in multorum hominum coetu Apollinaris Sulpicius, vir in memoria nostra praeter alios doctus, iactatorem quempiam et venditorem Sallustianae lectionis inrisit inlusitque genere illo facetissimae dissimulationis, qua
- 2 Socrates ad sophistas utebatur. Nam cum ille se unum et unicum lectorem esse enarratoremque Sallusti diceret neque primam tantum cutem ac speciem sententiarum, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum eius eruere atque introspicere penitus praedicaret, tum Apollinaris amplecti venerarique se doctrinas illius dicens: "Per," inquit, "magister optume, exoptatus mihi nunc venis cum
- 3 sanguine et medulla Sallusti verborum. Hesterno enim die quaerebatur ex me quidnam verba haec eius in quarto *Historiarum* libro de Cn. Lentulo scripta significant, de quo incertum fuisse ait,
- 4 stolidiorne esset an vanior," eaque ipsa verba, uti sunt a Sallustio scripta, dixit: "At Cn. Lentulus patriciae gentis, collega eius, cui cognomentum

¹ *Hist.* iv. 1, Maur.

IV

How Sulpicius Apollinaris made fun of a man who asserted that he alone understood Sallust's histories, by inquiring the meaning of these words in Sallust: *incertum, solidior an vanior*.

WHEN I was already a young man at Rome, having laid aside the purple-bordered toga of boyhood, and was on my own account seeking masters of deeper knowledge, I happened to be with the booksellers in Shoemaker's Street at the time when Sulpicius Apollinaris, the most learned man of all within my memory, in the presence of a large gathering made fun of a boastful fellow who was parading his reading of Sallust, and turned him into ridicule with that kind of witty irony which Socrates used against the sophists. For when the man declared that he was the one and only reader and expositor of Sallust, and openly boasted that he did not merely search into the outer skin and obvious meaning of his sentences, but delved into and thoroughly examined the very blood and marrow of his words, then Apollinaris, pretending to embrace and venerate his learning, said: "Most opportunely, my good master, do you come to me now with the blood and marrow of Sallust's language. For yesterday I was asked what in the world those words of his meant which he wrote in the fourth book of his *Histories* about Gnaeus Lentulus, of whom he says that it is uncertain whether he was more churlish or more unreliable"; and he quoted the very words, as Sallust wrote them:¹ "But Gnaeus Lentulus, his colleague, surnamed Clodianus, a man of patrician family—and it is not at all easy to say whether he

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Clodiano fuit, perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia quam Sulla emptoribus bonorum remiserat exigenda promulgavit."

5 Quaesitum ergo ex se Apollinaris neque id se dissolvere potuisse adseverabat, quid esset "vanior" et quid "stolidior," quoniam Sallustius sic ea separasse atque opposuisse inter se videretur, tamquam diversa ac dissimilia nec eiusdem utraque vitii forent, ac propterea petebat uti se doceret significationes utriusque vocis et origines.

6 Tum ille rictu oris labearumque ductu contemni a se ostendens et rem de qua quaereretur et hominem ipsum qui quaereret, "Priscorum," inquit, "et remotorum ego verborum medullas et sanguinem, sicuti dixi, perspicere et elicere soleo, non istorum quae proculcata vulgo et protritā sunt. Ipso illo quippe Cn. Lentulo 'stolidior' est et 'vanior' qui ignorat eiusdem stultitiae esse vanitatem et stoliditatem." Sed ubi hoc dixit, media
7 ipsa sermonum reliquit et abire coepit. Nos deinde
8 eum tenebamus urgebamusque, et cumprimis Apollinaris, ut de vocabulorum vel differentia vel, si ei ita videretur, similitudine plenius apertiusque dissereret et, ut ne sibi invideret discere volenti, orabat.

9 Atque ille, se iam plane inludi ratus, negotium
10 sibi esse causatur et digreditur. Nos autem postea ex Apollinari didicimus, "vanos" proprie dici, non ut vulgus diceret, desipientis aut hebetes aut ineptos, sed, ut veterum doctissimi dixissent, men-

was more churlish or more unreliable—proposed a bill for exacting the money which Sulla had remitted to the purchasers of property ”

Apollinaris therefore asserted that it was asked of him, and that he had not been able to answer the question, what was meant by *vanior* and what by *stolidior*, since Sallust seemed to have separated the words and contrasted them with each other, as if they were different and unlike and did not both designate the same fault; and therefore he asked that the man would tell him the meaning and origin of the two words.

Then the other, showing by a grin and a grimace that he despised both the subject of the inquiry and the questioner himself, said: “ I am accustomed to examine and explain the marrow and blood of ancient and recondite words, as I said, not of those which are in common use and trite. Surely a man is more worthless and stupid than Gnaeus Lentulus himself, if he does not know that *vanitas* and *stoliditas* indicate the same kind of folly.” But having said that, he left us in the very midst of our discussion and began to sneak off. Then we laid hold on him and pressed him, and in particular Apollinaris begged him to discourse at greater length and more plainly upon the difference, or, if he preferred, on the similarity of the words, and not to begrudge the information to one who was eager to learn.

Then the fellow, realizing by this time that he was being laughed at, pleaded an engagement and made off. But we afterwards learned from Apollinaris that the term *vani* was properly applied, not as in common parlance to those who were foolish or dull or silly, but, as the most learned of the ancients

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

daces et infidos et levia maniaque pro gravibus et veris astutissime componentes; "stolidos" autem vocari non tam stultos et excordes quam taetros¹ et molestos et inlepidos, quos Graeci *μοχθηροὺς καὶ φαρτικούς* dicerent. Etyma quoque harum vocum et origines scriptas esse dicebat in libris Nigidianis.

Quas requisitas ego et repertas cum primarum significationum exemplis, ut commentarius harum *Noctium* inferrem, notavi et intulisse iam me aliquo in loco commentationibus istis existimo.

V

Quod Q Ennius in septimo *Annali* "quadrupes equus" ac non "quadrupes equus," ut legunt multi, scriptum reliquit.

- 1 CUM Antonio Iuliano rhetore, viro hercle bono et facundiae florentis, complures adulescentuli, familiares eius, Puteolis aestivarum feriarum ludum et iocum in litteris amoemioribus et in voluptatibus pudicis honestisque agitabamus. Atque
- 2 ibi tunc Iuliano nuntiatur, *ἀναγνώστην* quendam, non indoctum hominem, voce admodum scita et canora Ennii *Annales* legere ad populum in theatro.
- 3 "Eamus," inquit, "auditum nescio quem istum Ennianistam"; hoc enim se ille nomine appellari volebat.

¹ castros, Z; stautros, Q; austeros, Hertz.

¹ Fr. 45, Swoboda. *Vanus* is related to *vacare* and *vacuus*; Eng. "want"; *stolidus* to *stolo*, "dullard," from the root *stel-*, "stand," "be stiff."

had used them, to liars, deceivers, and those who cleverly devised light and empty statements in place of those which were true and earnest. But that those were called *stolidi* who were not so much foolish and witless as austere, churlish and disagreeable, such men as the Greeks called *μοχθηροί*, "ugly fellows," and *φορτικοί*, "common" or "vulgar folk." He also said that the roots and derivations of these words were to be found in the books of Nigidius.¹

Having sought for these words and found them, with examples of their earliest meanings, I made a note of them, in order to include them in the notes contained in these *Nights*, and I think that I have already introduced them somewhere among them.²

V

That Quintus Ennius, in the seventh book of his *Annals*, wrote *quadrupes eques*, and not *quadrupes equus*, as many read it.

A NUMBER of us young men, friends of his, were at Puteoli with the rhetorician Antonius Julianus, a fine man in truth and of distinguished eloquence, and we were spending the summer holidays in amusement and gaiety, amid literary diversions and seemly and improving pleasures. And while we were there, word was brought to Julianus that a certain reader, a man not without learning, was reciting the *Annals* of Ennius to the people in the theatre in a very refined and musical voice. "Let us go," said he, "to hear this 'Ennianist,' whoever he may be"; for that was the name by which the man wished to be called.

² vii. 14.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 4 Quem cum iam inter ingentes clamores legentem invenissemus—legebat autem librum ex *Annalibus* Ennii septimum—, hos eum primum versus perperam pronuntiantem audivimus:

Denique vi magna quadrupes equus¹ atque
elephanti
Proiciunt sese,

neque multis postea versibus additis, celebrantibus eum laudantibusque omnibus, discessit.

- 5 Tum Iulianus egrediens e theatro: “Quid vobis,” inquit, “de hoc anagnosta et de quadrupede equo videtur? sic enim profecto legit:

Denique vi magna quadrupes equus atque ele-
phanti
Proiciunt sese.

- 6 Ecquid putatis, si magistrum praelectoremque habuisset alicuius aeris,² ‘quadrupes equus’ dicturum fuisse ac non ‘quadrupes eques,’ quod ab Ennio ita scriptum relictumque esse nemo unus literarum veterum diligens dubitavit? Cumque aliquot eorum qui aderant “quadrupes equus” apud suum quisque grammaticum legisse se dicerent et mirarentur quidnam esset “quadrupes eques,” “Vellem vos,” inquit, “optimi iuvenes, tam accurate Q. Ennium legisse quam P. Vergilius legerat, qui hunc eius versum secutus in *Georgicis* suis ‘equitem’ pro ‘equo’ posuit his in versibus:

¹ eques, *Vahlen*.

² auris, *Damste*.

¹ vv. 232 ff. *Vahlen*².

² iii. 115.

BOOK XVIII. v. 4-7

When at last we had found him reading amid loud applause—and he was reading the seventh book of the *Annals* of Ennius—we first heard him wrongly recite the following lines:¹

Then with great force on rush the four-footed
horse (*equus*)
And elephants,

and without adding many more verses, he departed amid the praises and applause of the whole company.

Then Julianus, as he came out of the theatre, said: "What think you of this reader and his four-footed horse? For surely he read it thus:

Denique vi magna quadrupes equus atque
elephanti
Proiciunt sese.

Do you think that, if he had had a master and instructor worth a penny, he would have said *quadrupes equus* and not *quadrupes eques*? For no one who has given any attention to ancient literature doubts that Ennius left it written in that way." When several of those who were present declared that they had read *quadrupes equus*, each with his own teacher, and wondered what was the meaning of *quadrupes eques*, Julianus rejoined: "I could wish, my worthy young friends, that you had read Quintus Ennius as accurately as did Publius Vergilius, who, imitating this verse of his in *The Georgics*, used *equus* for *equus* in these lines:²

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere
Impositi dorso atque equitem docuere sub armis
Insultare solo et gressus glomerare superbos.

In quo loco equitem, si quis modo non inscite inepteq̄ue argutior sit, nihil potest accipi aliud nisi
8 'equum'; pleraque enim veterum aetas et hominem
equo insidentem et equum cui¹ insideretur 'equi-
9 tem' dixerunt. Propterea 'equitare' etiam, quod
verbum e vocabulo 'equitis' inclinatum est, et
homo equo utens et equus sub homine gradiens
10 dicebatur. Lucilius adeo, vir adprime linguae
Latinae sciens, 'ecum equitare' dicit his versibus:

Quis hunc currere equum nos atque equitare
videmus,

His equitat curritque; oculis equitare videmus;

Ergo oculis equitat.

11 Sed enim contentus," inquit, "ego his non fui et,
ut non turbidae fidei nec ambiguae, sed ut purae
liquentisque esset, 'equus'ne an 'eques' scriptum
Ennius reliquisset, librum summae atque reverendae
vestustatis, quem fere constabat Lampadionis manu
emendatum, studio pretioque multo unius versus
inspiciendi gratia conduxit et 'eques,' non 'equus,'
scriptum in eo versu inveni."

¹ cui, *Skutsch*; qui, ω (quo, π¹)

¹ Julianus gave this meaning to *equitem*, but the modern editors give it the usual one of "horseman."

² vv. 1284 ff. Marx, who reads *ecum* for *equum*.

³ Similar sophistries were indulged in by Chrysippus (*Drog. Laert.* vii. 180 ff.) and other philosophers. See Marx *ad loc.*

⁴ C. Octavius Lampadio edited the *Bellum Punicum* of

BOOK XVIII. v. 7-11

Thessalian Lapiths, high on horses' back,
Gave us the bit and circling course, and taught
The horse,¹ full armed, to gallop o'er the
plain
And round his paces proud.

In this passage, unless one is foolishly and sillily captious, *equitem* can be taken in no other sense than that of 'horse,' for many of the early writers called the man who sat upon a horse *eques* and also the horse on which he sat. Hence *equitare* also, which is derived from the word *eques*, *equitis*, was said both of the man who rode the horse and of the horse which carried the man. Lucilius, indeed, a man conspicuous for his command of the Latin language, says *equum equitare* in these lines: ²

With what we see the courser run and trot,
With this he runs and trots. Now, 'tis with
eyes
We see him trot; hence with his eyes he
trots.³

"But," said Apollinaris, "I was not content with these examples, and in order that it might not appear uncertain and doubtful, but clear and evident, whether Ennius wrote *equus* or *eques*, I procured at great trouble and expense, for the sake of examining one line, a copy of heavy and venerable antiquity, which it was almost certain had been edited by the hand of Lampadio; ⁴ and in that copy I found *eques* and not *equus* written in that line."

Naeuius and divided the poem into seven books, see Suet. *Gr.* 11. (*L. C. L.* 11, p. 399). Apparently he also edited Ennius.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 12 Hoc tum nobis Iulianus et multa alia lucide simul et adfabuliter dixit. Sed eadem ipsa post etiam in pervulgatis commentariis scripta offendimus.

VI

Quod Aelius Melissus, in libro cui titulum fecit *De Loquendi Proprietate*, quem, cum ederet, cornum esse copiae dicebat, rem scripsit neque dictu neque auditu dignam, cum differre “matronam” et “matrem familias” existimavit differentia longe vanissima

- 1 AELIUS MELISSUS in nostra memoria fuit Romae summi quidem loci inter grammaticos id¹ temporis; sed maiore in litteris erat iactantia et σοφιστεία
2 quam opera. Is praeter alia quae scripsit complura, librum composuit, ut tum videbatur cum
3 est editus, doctrinae inclutae. Ei libro titulus est ingentis cuiusdam inlecebrae ad legendum; scriptus quippe est *De Loquendi Proprietate*. Quis adeo existimet loqui se recte atque proprie posse, nisi illas Melissi proprietates perdidicerit?
4 Ex eo libro verba haec sunt. “‘Matrona’ est quae semel peperit, quae saepius, ‘mater familias’; sicuti sus quae semel peperit, ‘porcetra,’ quae
5 saepius, ‘scrofa.’” Utrum autem hoc de matrona ac de matrefamilias Melissus excogitaverit ipse et coniectaverit, an scriptum ab alio quo legerit,
6 hariolis profecto est opus. Nam de “porcetra”

¹ id, *Falster*; et, γ; s; (= sed), δ; sui, *Damsté*.

This at the time Julianus explained to us, along with other problems, clearly and courteously. But afterwards I ran upon the very same remarks in some very well-known handbooks.

VI

That Aelius Melissus, in the book to which he gave the title *On Correctness of Speech*, and which on its publication he called a horn of plenty, wrote something that deserves neither to be said nor heard, when he expressed the opinion that *matrona* and *mater familias* differ in meaning, thus making a distinction that is wholly groundless.

WITHIN my memory Aelius Melissus held the highest rank among the grammarians of his day at Rome, but in literary criticism he showed greater boastfulness and sophistry than real merit. Besides many other works which he wrote, he made a book which at the time when it was issued seemed to be one of remarkable learning. The title of the book was designed to be especially attractive to readers, for it was called *On Correctness in Speech*. Who, then, would suppose that he could speak correctly or with propriety unless he had learned those rules of Melissus?

From that book I take these words: "*Matrona*, 'a matron,' is a woman who has given birth once; she who has done so more than once is called *mater familias*, 'mother of a family'; just so a sow which has had one litter is called *porcuia*; one which has had more, *scrofa*." But to decide whether Melissus thought out this distinction between *matrona* and *mater familias* and that it was his own conjecture, or whether he read what someone else had written, surely requires soothsayers. For with regard to

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

habet sane auctorem Pomponium in Atellania, quae
7 hoc eodem vocabulo inscripta est; sed “matronam”
non esse appellatam nisi quae semel peperit, neque
“matrem familias” nisi quae saepius, nullis veterum
8 scriptorum auctoritatibus confirmari potest. Enim-
vero illud impendio probabilus est quod idonei
vocum antiquarum enarratores tradiderunt, “ma-
tronam” dictam esse proprie quae in matrimonium
cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio
maneret, etiamsi liberi nondum nati forent, dic-
tamque ita esse a matris nomine, non adepto iam,
sed cum spe et omine mox adipiscendi, unde ipsum
9 quoque “matrimonium” dicitur, “matrem” autem
“familias” appellatam esse eam solam quae in
mariti manu mancipioque aut in eius in cuius
maritus manu mancipioque esset, quoniam non in
matrimonium tantum, sed in familiam quoque ma-
riti et in sui heredis locum venisset.

VII

Quem in modum Favorinus tractaverit intempestivum
quendam¹ de verborum ambiguitatibus quaerentem;²
atque ibi, quot significationes capiat “contio.”

1 DOMITIO, homini docto celebrique in urbe Roma
grammatico, cui cognomentum ‘Insano’ factum

¹ Favorinum tractaverit intempestivus quidam, *J. Gronov*;
Domitius Favorinum tr. intempestive quaedam, *Boot*.

² querentem, *Damsté*.

¹ p. 295, Rabbeck^a.

porceira he has, it is true, the authority of Pomponius in the Atellan farce which bears that very title;¹ but that "matron" was applied only to a woman who had given birth once, and "mother of a family" only to one who had done so more than once, can be proved by the authority of no ancient writer. Indeed, that seems much more probable which competent interpreters of ancient terms have written, that "matron" was properly applied to one who had contracted a marriage with a man, so long as she remained in that state, even though children were not yet born to them; and that she was so called from the word *mater*, or "mother," a state which she had not yet attained, but which she had the hope and promise of attaining later. *Matrimonium* itself, or "marriage," has the same derivation; but that woman only is called "mother of the household"² who is in the power and possession of her husband, or in the power and possession of the one under whose authority her husband is; since she had come, not only into a state of wedlock, but also into the family of her husband and into the position of his heir.

VII

How Favorinus treated a man who made an unseasonable inquiry about words of ambiguous meaning; and in that connection the different meanings of the word *contio*

DOMITIUS was a learned and famous grammarian in the city of Rome, who was given the surname

² *Mater familias* is the feminine equivalent of *pater familias*. The latter was "father of the household" in authority, although he was not the actual father of all its members. In *C.I.L.* vi. 1035, Julia, wife of Septimius Severus, is called *mater Augusti nostri et castorum et senatus et patriae*.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 2 est, quoniam erat natura intractabilior et morosior, ei Domitio Favorinus noster cum forte apud fanum Carmentis obviam venisset atque ego cum Favorino essem, “Quaeso,” inquit, “te, magister, dicas mihi num erravi quod, cum vellem *δημηγορίας* Latine dicere, ‘contiones’ dixi? Dubito quippe et requiro an veterum eorum qui electius locuti sunt pro verbis
- 3 et oratione dixerit quis ‘contionem’” Tum Domitius voce atque vultu atrocior “Nulla,” inquit, “prorsus bonae salutis spes reliqua est, cum vos quoque, philosophorum inlustrissimi, nihil iam aliud quam verba auctoritatesque verborum cordi habetis. Mittam autem librum tibi, in quo id reperias quod quaeris. Ego enim grammaticus vitae iam atque morum disciplinas quaero, vos philosophi mera estis, ut M. Cato ait, ‘mortalia’; glosaria namque conligitis et lexicidia, res taetras et inanes et frivolas, tamquam mulierum voces praeficarum. Atque utinam,” inquit, “muti omnes homines essemus! minus improbitas instrumenti haberet.”
- 4 Cumque digressi essemus, “Non tempestive,” inquit Favorinus, “hunc hominem accessimus. Videtur enim mihi *ἐπισήμως μαίνεσθαι*. Scitote,” inquit, “tamen intemperiem istam quae *μελαγχολία* dicitur, non parvis nec abiectis ingenis accidere, ἀλλὰ εἶναι σχεδόν τι τὸ πάθος τοῦτο ἥρωικόν et veritates plerumque fortiter dicere, sed respectum non habere μήτε καιροῦ μήτε μέτρον. Vel ipsum hoc quale existimatis quod nunc de philosophis dixit? Nonne,

¹ *Contio*, from *coventio* (= *conventio*) meant first an assembly, then a speech to an assembly, and finally the place of meeting. It is used in the sense of a speech by Cicero, Caesar, and other good writers.

² Frag. incert. 19, Jordan.

Insanus, or "The Madman," because he was by nature rather difficult and churlish. When our friend Favorinus, in my company, chanced to have met this Domitius at the temple of Carmentis, Favorinus said: "I pray you, master, tell me whether I was in error in saying *contiones*, when I wanted to turn *δημηγορίαι* into Latin; for I am in doubt and should be glad to be informed whether any of the men of old who spoke with special elegance used *contio* of words and of a speech."¹ Then Domitius, with excited voice and expression, replied: "There is absolutely no hope left of anything good, when even you distinguished philosophers care for nothing save words and the authority for words. But I will send you a book, in which you will find what you ask. For I, a grammarian, am inquiring into the conduct of life and manners, while you philosophers are nothing but *mortuaria*, or 'winding sheets,' as Marcus Cato says:² for you collect glossaries and word-lists, filthy, foolish, trifling things, like the dirges of female hired mourners. And I could wish," said he, "that all we mortals were dumb! for then dishonesty would lack its chief instrument."

When we had left him, Favorinus said: "We approached this man at an unseasonable time. For he seems to me to be clearly mad. Know, however," said he, "that the disorder which is called *μελαγχολία*, or 'melancholia,' does not attack small or contemptible minds, but it is in a way a kind of heroic affliction and its victims often speak the truth boldly, but without regard to time or moderation. For example, what think you of this which he just said of philosophers? If Antisthenes or Diogenes

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

si id Antisthenes aut Diogenes dixisset, dignum memoria visum esset?"

5 MISIT autem paulo post Favorino librum quem promiserat—Verri, opinor, Flacci erat—, in quo scripta ad hoc genus quaestionis pertinentia haec fuerunt: “senatum” dici et pro loco et pro hominibus, “civitatem” et pro loco et oppido et pro iure quoque omnium¹ et pro hominum multitudine, “tribus” quoque et “decurias” dici et pro loco et pro iure et pro hominibus, “contionem” autem tria
6 significare: locum suggestumque unde verba fierent,
7 sicut M. Tullius in oratione quae inscripta est *Contra Contionem Q. Metelli*: “Escendi,” inquit, “in
8 contionem; concursus est populi factus”; item significare coetum populi adsistentis, sicuti idem M. Tullius in *Oratore* ait: “Contiones saepe exclamare vidi, cum apte verba cecidissent Etenim² expectant aures, ut verbis conligetur sententia”; item orationem ipsam quae ad populum diceretur.

Exempla³ in eo libro scripta non erant. Sed nos postea Favornio desideranti harum omnium significationum monumenta apud Ciceronem, sicut supra scripsi, et apud elegantissimos veterum reperta
9 exhibuimus; id autem quod potissimum expetebat, “contionem” esse dictam pro verbis et oratione, docui titulo Tulliani libri, qui a M. Cicerone inscriptus est *Contra Contionem Q. Metelli*, quo nihil

¹ civium, *Otho*; Quiritium, *Skutsch*; omnium *deleted by Vassis*.

² id enim, *Cic.*

³ exempla illa *suggested by Hosius*.

¹ *Festus*, p. xvi, *Muller*.

² *Frag. 4*, p. 946, *Orelli*.

³ § 168.

had said it, would it not have seemed worthy of remembrance?"

But a little later Domitius sent Favorinus the book which he had promised—I think it was one by Verrus Flaccus—in which the following was written with regard to questions of that kind:¹ that *senatus* (senate) was used both of a place and of persons; *civitas* (state) of a situation and a town, also of the rights of a community, and of a body of men; further that *tribus* (tribes) and *decuriae* (decuries) designated places, privileges and persons, and that *contio* had three meanings: the place and tribunal from which speaking was done, as Marcus Tullius in his speech, *In Reply to the Address of Quintus Metellius*, says:² "I mounted the tribunal (*contionem*); the people assembled." It also signifies an assembly of the people gathered together, since the same Marcus Tullius says in his *Orator*:³ "I have often heard audiences (*contiones*) cry out, when words ended in a proper rhythm; for the ears expect the thought to be expressed in harmonious words." It likewise designated the speech itself which was made to the people.⁴

Examples of these uses were not given in that book. But afterwards I found and showed to Favorinus at his request instances of all these meanings in Cicero, as I remarked above, and in the most elegant of the early writers; but that which he especially desired, an example of *contio* used for words and of a speech, I pointed out in the title of a book by Cicero, which he had called *In Reply to the Address of Quintus Metellus*; for there *Contionem*

⁴ See note 1, p. 320. Gellius has given the meanings in the wrong order.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

perfecto significatur aliud quam ipsa quae a Metello dicta est oratio.

VIII

Ὅμοιοτέλευτα et ὁμοίπτωτα atque alia id genus quae ornamenta orationis putantur inepta esse et puerilia, Lucili quoque versibus declarari.

- 1 Ὅμοιοτέλευτα et ἰσοκατάληκτα et πάρισα et ὁμοίπτωτα ceteraque huiusmodi scitamenta, quae isti apirocali qui se Isocratio videri volunt in conlocandis verbis immodice faciunt et rancide, quam sint insubida et inertia et puerilia facetissime hercle
- 2 significat in quinto *Saturarum* Lucilius. Nam ubi est cum amico conquestus, quod ad se aegrotum non viseret, haec ibidem addit festiviter :

Quo me habeam pacto, tametsi non quaeris, docebo,
Quando in eo numero mansi¹ quo in ἡμέτερα
non² est

Pars hominum . . .

Ut perisse velis quem visere nolueris, cum
Debueris. Hoc "nolueris" et "debueris" te
Si minus delectat (quod atechnon)³ et Isocratium⁴
hoc

σκληρῶδες que simul totum ac si συμμειρακιῶδες,⁵
Non operam perdo, si tu hic.

¹ mansi, ω ; mansti, *Nannius, Hosius.*

² non, ω ; nunc, *Scaliger, Hosius.*

³ atechnon or atexnon, ω ; ἄτεχνον, *Hosius*

⁴ Isocratium, *Scaliger* ; eissocratium, δ ; *the other MSS.*
have eisocratium.

⁵ Lerodesque . . . miraciodes, *Marx.*

¹ vv. 181 ff., *Marx.*

² The poet has been ill, but still lives ; cf. *abrit ad plures*, *Petron.* 42.

BOOK XVIII. VII. 9-VIII. 2

surely means nothing else than the speech itself which was delivered by Metellus.

VIII

That *δμοιοτέλευτα*, *δμοιόπτωτα*, and other devices of the kind which are considered ornaments of style, are silly and puerile, is indicated, among other places, in some verses of Lucilius.

LUCILIUS in the fifth book of his *Satires* shows, and indeed most wittily, how silly, useless, and puerile are *δμοιοτέλευτα*, or "words of the same ending," *ισοκατάληκτα*, or "words of the same sound," *πάρισα*, or "words exactly balanced," *δμοιόπτωτα*, or "words of the same case," and other niceties of that kind which those foolish pedants who wish to appear to be followers of Isocrates use in their compositions without moderation or taste. For having complained to a friend because he did not come to see him when he was ill, he adds these merry words:¹

Although you do not ask me how I am,
I'll tell you, since with those I still abide
Who of all mortals are the lesser part². . .
You are the slacker friend³ who'd wish him dead
Whom you'd not visit though it was your debit
But if you chide this "visit" joined with "debit"
('Twas writ by chance), if you detest it all,
This silly, puerile, Isocratic⁴ stuff,
I'll waste no time on you,⁵ since such you are.⁶

³ Marx suggests *Tu cessator malus, talis amicus* as the sense of the lacuna.

⁴ The *homoteleuta* of Isocrates are mentioned, among others, by Cicero, *Orator*, 38.

⁵ That is, in deleting the jungle.

⁶ Such a friend as he has described.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

IX

Quid significet apud M. Catonem verbum "insecenda" quodque "insecenda" potius legendum sit quam, quod plerique existimat, "insequenda"

- 1 IN libro vetere, in quo erat oratio M. Catonis *De Ptolemaeo contra Thermum*, sic scriptum fuit: "Sed si omnia dolo fecit, omnia avaritiae atque pecuniae causa fecit, eiusmodi scelera nefaria, quae neque fando neque legendo audivimus, supplicium pro factis dare oportet." . . .
- 2 "Insecenda"¹ quid esset quaeri coeptum. Tum ex his qui aderant alter litterator fuit, alter litteras sciens, id est alter docens, doctus alter. Hi duo
- 3 inter sese dissentiebant. Et grammaticus quidem contendebat, "insequenda" scribendum esse;² "insequenda" enim scribi, inquit, "debet," non 'insecenda,' quoniam 'insequens' significat . . . traditumque esse 'inseque' quasi 'perge dicere' et 'insequere' itaque ab Ennio scriptum in his versibus:

Inseque, Musa, manu Romanorum induperator
Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo."

- 4 Alter autem ille eruditior, nihil mendum, sed recte atque integre scriptum esse perseverabat et Velio Longo, non homini indocto, fidem esse ha-

¹ insecenda must have occurred in the lacuna.

² msequenda . . . esse added by Hertz

³ debet added by Curcio.

¹ p 42.6, Jordan

IX

The meaning of the word *insecunda* in Marcus Cato; and that *insecunda* ought to be read rather than *insequenda*, which many prefer.

In an old book, containing the speech of Marcus Cato *On Ptolemy against Thermus*, were these words:¹ "But if he did everything craftily, everything for the sake of avarice and self, such abominable crimes as we have never heard of or read of, he ought to suffer punishment for his acts. . . ."

The question was raised what *insecunda* meant. Of those who were present at the time there was one who was a dabbler in literature and another who was versed in it; that is to say, one was teaching the subject, the other was learned in it.² These two disagreed with each other, the grammarian maintaining that *insequenda* ought to be written: "For," said he, "*insequenda* should be written, not *insecunda*, since *msequens* means . . . and *insequere* has come down to us in the sense of 'proceed to say,' and accordingly *insequor* was written by Ennius in the following verses:³

Proceed, O Muse, when Rome with Philip
warred,
To tell the valorous deeds our leaders wrought."

But the other, more learned, man declared that there was no mistake, but that it was written correctly and properly, and that we ought to trust Velius Longus, a man not without learning, who

¹ On the distinction between *litterator* and *litteratus* see Suet *Gram* iv. (ii, p. 401 f. L. C. L.).

² *Ann.* 326 f., Vahlen², who reads *insecer*.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

bendam, qui in commentario quod fecisset *De Usu Antiquae Lectionis* scripserit non “inseque” apud Ennium legendum, sed “insece”; ideoque a veteribus, quas “narrationes” dicimus, “insectiones” esse appellatas; Varronem quoque versum hunc Plauti de *Menaechmis* :

Nihilo¹ minus esse videtur séctius quam sómnia, sic enarrasse “nihilo magis narranda esse quam si ea essent somnia.” Haec illi inter se certabant.

- 5 Ego arbitror et a M. Catone “insecunda” et a Q. Ennio “insece” scriptum sine *u* littera. Offendi enim in bibliotheca Patrensi librum verae vetustatis Livii Andronici, qui inscriptus est Ὀδύσσεια, in quo erat versus primus cum hoc verbo sine *u* littera :

Virum mihi, Camena, insece versutum,
factus ex illo Homeri versu :

Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον.

- 6 Illic igitur aetatis et fidei magnae libro credo. Nam, quod in versu Plautino est : “sectius quam somnia,”
7 nihil in alteras partes argumenti habet. Etiamsi veteres autem non “inseque,” sed “insece” dixerunt, credo, quia erat lenius leviusque, tamen eiusdem sententiae verbum videtur. Nam et “sequo”
8 et “sequor” et item “secta” et “sectio” consuetudine loquendi differunt; sed qui penitus inspexerit, origo et ratio utriusque una est.

¹ haec nihilo, *Plaut.* minus esse mihi videntur setius, *edd. Plaut.*

wrote in the commentary which he composed *On the Use of Archaic Terms*, that *inseque* should not be read in Ennius, but *insece*; and that therefore the early writers called what we term *narrationes*, or "tales," *insecciones*; that Varro also explained this verse from the *Menaechmi* of Plautus: ¹

Nihilo minus esse videtur sectius quam somnia, as follows: "they seem to me no more worth telling than if they were dreams." Such was their discussion.

I think that both Marcus Cato and Quintus Ennius wrote *insecenda* and *insece* without *u*. For in the library at Patrae ² I found a manuscript of Livius Andronicus of undoubted antiquity, entitled Ὀδίσσεια, in which the first line contained this word without the letter *u*: ³

Tell me (*insece*), O Muse, about the crafty man, translated from this line of Homer: ⁴

*Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολίτροπον.

On that point then I trust a book of great age and authority. For the fact that the line of Plautus has *sectius quam somnia* lends no weight to the opposite opinion. However, even if the men of old did say *insece* and not *inseque*, I suppose because it was lighter and smoother, yet the two words seem to have the same meaning. For *sequo* and *sequor* and likewise *secta* and *sectio* differ in the manner of their use, but anyone who examines them closely will find that their derivation and meaning are the same.

² A city of Achaia, near the entrance to the Corinthian Gulf, modern Patras.

³ Frag. 1, Bahrens.

⁴ *Odys.* i. 1.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

9 Doctores quoque et interpretes vocum Graecarum :

"Αἰδρα μοι "ἐννεπε," Μοῦσα

et :

"Ἔσπετε" νῦν μοι, Μοῦσαι,

dictum putant, quod Latine "inseque" dicitur; namque in altero ν geminum, in altero σ esse
 10 tialatum dicunt. Sed etiam ipsum illud "ἐπη,"
 quod significat verba aut versus, non aliunde esse
 dictum tradunt quam "ἀπὸ τοῦ ἔπεσθαι καὶ τοῦ
 11 εἰπεῖν." Eadem ergo ratione antiqui nostri nar-
 rationes sermonesque "insectiones" appellitaverunt.

X

Errare istos qui in exploranda febris venarum pulsus per-
 temptari putant, non arteriarum

1 IN Herodis, C. V., villam, quae est in agro Attico,
 loco qui appellatur Cephisiae, aquis lucidis et¹
 nemoribus frequentem, aestu anni medio conces-
 2 seram. Ibi alvo mihi cita et accedente febris rapida
 3 decubueram. Eo Calvisius Taurus philosophus et
 alii quidam sectatores eius cum Athenis visendi mei
 gratia venissent, medicus, qui tum in his locis re-
 pertus adsidebat mihi, narrare Tauro coeperat quid
 incommodi paterer et quibus modulis quibusque
 4 intervallis accederet febris decederetque. Tum in
 eo sermone, cum iam me sinceriore corpusculo
 factum diceret, "Potes," inquit Tauro, "tu quoque

¹ lucidis et, *Dumsté*; educis, *Q*; et lucis et, *σ*; lucis
 deleted by *Hertz*; laetis suggested by *Hosvius*.

¹ *Odys.* 1. 1.

² *Iliad* ii. 484, etc.

BOOK XVIII. IX. 9-X. 4

The teachers also and interpreters of Greek words think that in

ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα,¹

and

ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι²,

ἔννεπε and ἔσπετε are expressed by the Latin word *insequere*; for they say that in one word the *ν* is doubled, in the other changed to *σ*. And they also say that the word ἔπη, which means "words" or "verses," can be derived only ἀπὸ τοῦ ἔπεσθαι καὶ τοῦ ἐπιεῖν, that is from "follow" and "say." Therefore for the same reason our forefathers called narrations and discourses *insecciones*.

X

That those persons are in error who think that in testing for fever the pulse of the veins is felt, and not that of the arteries.

IN the midst of the summer's heat I had withdrawn to the country house of Herodes, a man of senatorial rank, at a place in the territory of Attica which is called Cephisia, abounding in clear waters and groves. There I was confined to my bed by an attack of diarrhoea, accompanied by a high fever. When the philosopher Calvisius Taurus, and some others who were disciples of his, had come there from Athens to visit me, the physician who had been found there and who was sitting by me at the time, began to tell Taurus what discomfort I suffered and with what variations and intervals the fever came and went. Then in the course of the conversation remarking that I was now getting better, he said to Taurus: "You too may satisfy yourself of this, ἐὰν

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

id ipsum comprehendere, ἐὰν ἄψῃ αὐτοῦ τῆς φλεβός, quod nostris verbis profecto ita dicitur: 'si attingens venam illius.'"

- 5 Hanc loquendi imperitiam, quod venam pro arteria dixisset, cum in eo docti homines qui cum Taurio erant, tanquam in minime utili medico offensus atque id murmure et vultu ostenderent, tum ibi Taurus, ut mos eius fuit, satis leniter: "Certi," inquit, "sumus, vir bone, non ignorare te quid 'vena' appelletur et quid 'arteria,' quod venae quidem suapte vi immobiles sint et sanguinis tantum demittendi gratia explorentur, arteriae autem motu atque pulsu suo habitum et modum
- 6 februm demonstrant; sed, ut video, pervulgate magis quam inscite locutus es; non enim te solum, sed alios quoque itidem errantis audiui venam pro
- 7 arteria dicere Fac igitur ut experiamur elegantiorum esse te in medendo quam in dicendo, et cum dis bene volentibus opera tua sistas hunc nobis sanum atque validum quam citissime."
- 8 Hoc ego postea cum in medico reprehensum esse meminissem, existimavi non medico soli, sed omnibus quoque hominibus liberis liberaliterque institutis, turpe esse ne ea quidem cognovisse ad notitiam corporis nostri pertinentia, quae non altius occultiusque remota sunt et quae natura nobis tuendae validitudinis causa et in promptu esse et in propatulo voluerit; ac propterea, quantum habui temporis subsicivi, medicinae quoque disciplinae libros attigi, quos arbitrabar esse idoneos ad docendum, et ex his cum alia pleraque ab isto humanitatis usu non aliena, tum de venis quoque et arteriis didicisse videor ad hunc ferme modum:

ἄψῃ αὐτοῦ τῆς φλεβός, which in our language certainly means: *si attigeris venam illius*, that is, 'if you will put your finger on his vein.'"

The learned men who accompanied Taurus were shocked by this careless language in calling an artery a vein, and looking on him as a physician of little value, showed their opinion by their murmurs and expression. Whereupon Taurus, very mildly, as was his way, said: "We feel sure, my good sir, that you are not unaware of the difference between veins and arteries; that the veins have no power of motion and are examined only for the purpose of drawing off blood, but that the arteries by their motion and pulsation show the condition and degree of fever. But, as I see, you spoke rather in common parlance than through ignorance; for I have heard others, as well as you, erroneously use the term 'vein' for 'artery.' Let us then find that you are more skilled in curing diseases than in the use of language, and with the favour of the gods restore this man to us by your art, sound and well, as soon as possible."

Afterwards when I recalled this criticism of the physician, I thought that it was shameful, not only for a physician, but for all cultivated and liberally educated men, not to know even such facts pertaining to the knowledge of our bodies as are not deep and recondite, but which nature, for the purpose of maintaining our health, has allowed to be evident and obvious. Therefore I devoted such spare time as I had to dipping into those books on the art of medicine which I thought were suited to instruct me, and from them I seem to have learned, not only many other things which have to do with human experience, but also concerning veins and arteries what I

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 9 "Vena" est conceptaculum sanguinis, quod ἀγγεῖον medici vocant, mixti confusique cum spiritu naturali, in quo plus sanguinis est, minus spiritus; "arteria" est conceptaculum spiritus naturalis mixti confusique cum sanguine, in quo plus spiritus est, minus sanguinis; σφυγμός autem est intentio motus et remissio in corde et in arteria naturalis, non arbitraria. Medicis autem veteribus oratione Graeca ita definitus est: "Σφυγμός ἐστὶν διαστολή τε καὶ συστολή ἀπροαίρετος ἀρτηρίας καὶ καρδίας."

XI

Verba ex carminibus Furi Antiatris inscite a Caesello Vindice reprehensa, versusque ipsi in quibus ea verba sunt subscripti

- 1 Non hercle idem sentio cum Caesello Vindice, grammatico, ut mea opinio est, hautquaquam merudito. Verum hoc tamen petulanter insciteque, quod Furum, veterem poetam, dedecorasse linguam Latinam scripsit huiuscemodi vocum fictionibus quae mihi quidem neque abhorrere a poetica facultate visae sunt neque dictu profatuque ipso taetiae aut insuaves esse, sicuti sunt quaedam alia ab inlustribus poetis ficta dure et rancide.
- 3 Quae reprehendit autem Caesellius Furiana haec sunt: quod terram in lutum versam "lutescere" dixerit et tenebras in noctis modum factas "noctescere" et pristinas recipere vires "virescere," et quod ventus si¹ mare caeruleum crispicans nitescit "purpurat" dixerit, et opulentum fieri "opulescere."

¹ si suggested by Hosius; caeruleum cum, Dziatzko.

BOOK XVIII. x. 9-XI. 3

may express as follows: A "vein" is a receptacle, or *ἀγγεῖον*, as the physicians call it, for blood mingled and combined with vital breath, in which the blood predominates and the breath is less. An "artery" is a receptacle for the vital breath mingled and combined with blood, in which there is more breath and less blood. *Σφυγμός* (pulsation) is the natural and involuntary expansion and contraction in the heart and in the artery. But the ancient Greek physicians defined it thus: "An involuntary dilation or contraction of the pulse and of the heart."

XI

Words from the poems of Furius of Antium which were ignorantly criticised by Caesellius Vindex; a quotation of the very verses which include the words in question.

I CERTAINLY do not agree with Caesellius Vindex, the grammarian, though in my opinion he is by no means without learning. But yet this was a hasty and ignorant statement of his, that the ancient poet Furius of Antium had degraded the Latin language by forming words of a kind which to me did not seem inconsistent with a poet's license nor to be vulgar or unpleasant to speak and utter, as are some others which have been harshly and tastelessly fashioned by distinguished poets.

The expressions of Furius which Caesellius censures are these: that he uses *lutescere* of earth which has turned into mud, *noctescere* of darkness that has arisen like that of night, *virescere* of recovering former strength, describes the wind curling the blue sea and making it shine by *purpurat*, and uses *opulescere* for becoming rich.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 4 Versus autem ipsos ex poematis Furianis, in quibus verba haec sunt, subdidi :

Sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit.
Omnia noctescunt tenebris caliginis atrae.
Increscunt animi, virescit vulnere virtus.
Sicut fulca levis¹ volitat super aequora classis,
Spiritus Eurorum viridis cum purpurat undas.
Quo magis in patriis possint opulescere campis.

XII

Morem istum veteribus nostris fuisse verba patiendi mutare ac vetere in agendi modum.

- 1 Id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, ut pro verbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde haec vice inter
2 sese mutua verterent. Iuventius in comoedia :

pallium (inquit) flocci non facio² ut splendeat an maculet³

- 3 Nonne hoc impendio venustius gratiusque est quam si diceret "maculetur"? Plautus etiam non dissimiliter :

Quid est?—Hoc rugat pallium, amictus non sum commode.

¹ sic fulca levius, *Beloe*.

² non facio, *added by Fleckeisen*.

³ splendeat an maculet, *Seyffert* : splendeat, δΟΙΙΧ.

BOOK XVIII. XI. 4—XII. 3

I have added the very lines from the poems of Furius in which these words occur :¹

Blood floods the world, the deep earth turns to mud (*lutescit*),
 All becomes night (*noctescunt*) with darkness of black gloom.
 Their courage grows, valour 's renewed (*virescit*) by wounds.
 The fleet, like sea-bird, lightly skims the deep,
 The East Wind's breath empurples (*purpurat*) the green surge.
 That on their native plains they may grow rich (*opulescere*).

XII

That our forefathers had the custom of changing passive verbs and turning them into active.

This also used to be regarded as a kind of elegance in composition, to use active verbs in place of those which had a passive form and then in turn to substitute the former for the latter. Thus Juventius in a comedy says :²

I care not if my cloak resplendent be, or spot.³

Is not this far more graceful and pleasing than if he said *maculetur*, "if it be spotted"? Plautus also says in a similar way :⁴

What's wrong ?—This cloak doth wrinkle (*rugat*),
 I'm ill clad.

¹ Frag 1-6, Bahrens

² 5, Ribbeck³.

³ The line is corrupt, but with Seyffert's emendation fairly clear.

⁴ Frag. fab inc. xlv, Gotz.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 4 Itidem Plautus "pulveret" dicit, quod non pulvere impleat, set ipsum pulveris plenum sit:

Exi tu, Dave, age, sparge; mundum hoc esse vestibulum volo.

Venus ventura est nostra, non hoc pulveret.

- 5 In *Asinaria* quoque "contemples" dicit pro "contempleris":

Meum caput contemples, si quidem e re consultas tua.

- 6 Cn. Gellius in *Annalibus*. "Postquam tempestas
7 sedavit, Atherbal taurum immolavit." M Cato in
Originibus: "Eodem convenae complures ex agro
8 accessitavere. Eo res eorum auxit." Varro libris
quos ad Marcellum *De Lingua Latina* fecit: "In
priore verbo graves prosodiae, quae fuerunt, manent,
reliquae mutant," "mutant"¹ inquit elegantissime
9 pro "mutantur" Potest etiam id quoque ab eodem
Varrone in septimo *Divinarum* similiter dictum
videri: "Inter duas filias regum quid mutet, inter
10 Antigonam et Tulliam, est animadvertere." Verba
autem patiendi pro agentibus in omnibus ferme-
modum veterum scriptis reperiuntur. Ex quibus
sunt pauca ista, quae nunc meminimus "muneror
te" pro "munero" et "significor" pro "significo"
et "sacrificor" pro "sacrifico" et "adsentior" pro
"adsentio" et "faeneror" pro "faenero" et "pigneror"
pro "pignero" et alia istiusmodi pleraque,
quae, proude ut in legendo fuerint obvia, nota-
buntur.

¹ mutant added by Carrio.

¹ *Id.* xlvi.

² v 539

³ Frag. 30, Peter².

⁴ *Id.* 20.

⁵ Frag 61, Wilmanns.

⁶ "Elegant" because it balances *manent*.

Also Plautus uses *pulveret*, not of making dusty, but of being dusty:¹

Go, sprinkle, slave; I'd have this entrance neat.
My Venus comes, don't let the place show dust
(*pulveret*).

In the *Asinaria* he uses *contemples* for *contempleris*:²

Observe (*contemples*) my head, if you'd your interest heed.

Gnaeus Gellus in his *Annals*³ writes: "After the storm quieted (*sedavit*) Adherbal sacrificed a bull"; Marcus Cato in his *Origins*:⁴ "Many strangers came to that same place from the country. Therefore their wealth waxed (*auxit*)." Varro in the books which he wrote *On Latin Diction*, dedicated to Marcellus, said:⁵ "In the former word the accents that were grave remain so. The others change," where *mutant*, "change," is a very elegant expression for *mutantur*, "are changed."⁶ The same expression too seems to be used by Varro in the seventh book of his *Divine Antiquities*:⁷ "What a difference (*quid mutet*) there is between princesses may be seen in Antigone and Tullia." But passive verbs instead of active are found in the writings of almost all the men of the olden time. A few of these, which I recall now, are the following: *muneror te*, or "I reward you," for *munero*; *significor*, or "I indicate," for *significo*; *assentior*, or "I assent," for *assentio*; *sacrificor*, or "I sacrifice," for *sacrifico*; *faeneror*, or "I practise usury," for *faenero*; *pigneror*, or "I take as a pledge," for *pignero*, and many others of the same kind, which will be noted as I meet them in reading.

⁷ Frag. 1, p. cxlv, Merkel.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

XIII

Quali talione Diogenes philosophus usus sit, pertemptatus a dialectico quodam sophismatio impudenti.

- 1 SATURNALIBUS Athenis alea quadam festiva et
- 2 honesta lusitabamus huiuscemodi: ubi conven-
- ramus conplusculi eiusdem studii homines ad la-
- vandi tempus, captiones quae "sophismata" appel-
- lantur mente agitabamus easque, quasi talos aut
- tesserulas, in medium vice sua quisque iaciebamus.
- 3 Captionis solutae aut parum intellectae praemium
- 4 poenave erat nummus unus sestertius. Hoc aere
- conlecto, quasi manuario, cenula curabatur omnibus
- 5 qui eum lusum luseramus. Erant autem captiones
- ad hoc fere exemplum, tametsi Latina oratione
- non satis scite ac paene etiam inlepide exponuntur:
- "Quod nix est, hoc grando non est; nix autem
- alba est: grando igitur alba non est." Item aliud
- non dissimile: "Quod homo est, non est hoc equus;
- homo autem animal est: equus igitur animal non
- 6 est." Dicere ergo debebat qui ad sophisma dilu-
- endum ac refellendum ritu aleatorio vocatus erat,
- in qua parte quoque in verbo captio foret, quid
- dari concedique non oporteret; nisi dixerat, nummo
- singulo multabatur. Ea multa cenam iuvabat.
- 7 Libet autem dicere quam facete Diogenes so-
- phisma id genus, quod supra dixi, a quodam
- dialectico ex Platonis diatriba per contumeliam pro-
- 8 positum, remuneratus sit. Nam cum ita rogasset

XIII

The retort which the philosopher Diogenes made, when he was challenged by a logician with an impudent sophistry.

At Athens during the Saturnalia we engaged in a pleasant and improving diversion of this kind: when a number of us who were interested in the same study had met at the time of the bath, we discussed the catch questions which are called "sophisms," and each one of us cast them before the company in his turn, like knuckle-bones or dice. The prize for solving a problem, or the penalty for failing to understand it, was a single sestertius. From the money thus collected, as if it had been won at dice, a little dinner was provided for all of us who had taken part in the game. Now the sophisms were somewhat as follows, although they cannot be expressed very elegantly in Latin, or even without clumsiness: "What snow is, that hail is not; but snow is white, therefore hail is not white." A somewhat similar one is this: "What man is, that a horse is not; man is an animal, therefore a horse is not an animal." The one who was called upon by the throw of the dice to solve and refute the sophistry was expected to tell in what part of the proposition and in what word the fallacy consisted, and what ought not to be granted and conceded; if he did not succeed, he was fined one sestertius. The fine contributed to the dinner.

I must tell you how wittily Diogenes paid back a sophism of that kind which I have mentioned above, proposed with insulting intent by a logician of the Platonic school. For when the logician had

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

dialecticis: "Quod ego sum, id tu non es?" et Diogenes adnuisset, atque ille addidisset: "Homo autem ego sum," cum id quoque adsensus esset, contra dialecticus ita conclusisset: "Homo igitur tu non es," "Hoc quidem," inquit Diogenes, "falsum est, et si verum fieri vis, a me incipe."

XIV

Quid sit numerus "hemiolios," quid "epitritos"; et quod vocabula ista non facile nostri ausi sunt convertere in linguam Latinam.

- 1 FIGURAE quaedam numerorum, quas Graeci certis nominibus appellant, vocabula in lingua Latina non
- 2 habent. Sed qui de numeris Latine scripserunt Graeca ipsa dixerunt, fingere autem nostra, quoniam
- 3 id absurde futurum erat, noluerunt. Quale enim fieri nomen posset "hemiolio" numero aut "epitrito"?
- 4 Est autem "hemiolios" qui numerum aliquem totum in sese habet dimidiumque eius, ut tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad viginti; "epitritos" est
- 5 qui habet totum aliquem numerum et eiusdem partem tertiam, ut quattuor ad tres, duodecim ad novem,
- 6 quadraginta ad triginta. Haec autem notare meminisseque non esse abs re visum est, quoniam vocabula ista numerorum nisi intelleguntur, rationes quaedam subtilissimae in libris philosophorum scriptae percipi non queunt.

asked: "You are not what I am, are you?" and Diogenes had admitted it, he added: "But I am a man" And when Diogenes had assented to that also and the logician had concluded: "Then you are not a man," Diogenes retorted: "That is a lie, but if you want it to be true, begin your proposition with me."

XIV

What the number is which is called *hemiochos* and what *epitritos*; and that our countrymen have not rashly ventured to translate those words into Latin.

CERTAIN numerical figures which the Greeks call by definite terms have no corresponding names in Latin. But those who have written in Latin about numbers have used the Greek expressions and have hesitated to make up Latin equivalents, since that would be absurd. For what name could one give to a number which is said to be *hemiochos* or *epitritos*? But *hemiochos* is a number which contains in itself some other whole number and its half, as three compared with two, fifteen with ten, thirty with twenty; *epitritos* is a number which contains another whole number and its third part, as four compared with three, twelve with nine, forty with thirty. It does not seem out of place to note and to remember these numerical terms; for unless they are understood, some of the most subtle calculations recorded in the writings of the philosophers cannot be comprehended.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

XV

Quod M. Varro in heroicis versibus observaverit rem nimis
anxiae et curiosae observationis.

- 1 IN longis versibus qui "hexametri" vocantur, item in senariis, animadverterunt metrici primos duos pedes, item extremos duos, habere singulos posse integras partes orationis, medios haut umquam posse, sed constare eos semper ex verbis aut *divisis* aut
- 2 *mixtis* atque *confusis*. M. etiam Varro in libris *Disciplinarum* scripsit, observasse sese in versu hexametro, quod omnimodo quintus semipes verbum finiret et quod priores quinque semipedes aequae magnam vim haberent in efficiendo versu atque alii posteriores septem, idque ipsum ratione quadam geometrica fieri disserit.

¹ See note on iv 5 6 (vol 1, p. 328).

² That is, the first two feet and the last two may consist of undivided words, but the third and fourth are formed either of words which are divided, or of parts of different

XV

That Marcus Varro in heroic verse noted a matter demanding very minute and careful observation.

IN the long lines called hexameters, and likewise in senarii,¹ students of metric have observed that the first two feet, and also the last two, may consist each of a single part of speech, but that those between may not, but are always formed of words which are either divided, or combined and run together.² Varro in his book *On the Arts*³ wrote that he had observed in hexameter verse that the fifth half-foot always ends a word,⁴ and that the first five half-feet are of equally great importance in making a verse with the following seven; and he argues that this happens in accordance with a certain geometrical ratio.

words But that this rule is not invariable was shown by Muretus, *Variae Lectiones*, xi 6.

¹ p. 202, Bipont

⁴ That is, there is a caesura in the fifth foot, according to Varro.

BOOK XIX

LIBER NONUS DECIMUS

I

Responsio cuiusdam philosophi, interrogati quam ob causam
maris tempestate palluerit ¹

- 1 NAVIGABAMUS a Cassiopa Brundisium mare² Ionium
2 violentum et vastum et iactabundum. Nox deinde
3 quae diem primum secuta est, in ea fere tota ventus
3 a latere saeviens navem undis compleverat. Tum
postea, complorantibus nostris omnibus atque in
sentina satis agentibus, dies quidem tandem inluxit.
Sed nihil de periculo neque de saevitia venti
remissum, quin turbine etiam crebriores et caelum
atrum et fumigantes globi et figurae quaedam nubium
metuendae quos "typhonas" vocabant, impendere
imminereque ac depressurae navem videbantur.
- 4 In eadem fuit philosophus in disciplina Stoica
celebratus, quem ego Athenis cognoveram non parva
virum auctoritate satisque attente discipulos iuvenes
5 continentem. Eum tunc in tantis periculis inque
illo tumultu caeli marisque requirebam oculis, scire
cupiens quonam statu animi et an interritus intre-
6 pidusque esset. Atque ibi hominem conspicimus

¹ *Lemmata of Book XIX omitted in ω, appear in various forms in s.*

¹ A town in the north-eastern part of Coreyra, also called Cassiope.

² Typhon, according to Hesiod, was a son of Typhoeus

BOOK XIX

I

The reply of a certain philosopher, when he was asked why
he turned pale in a storm at sea

WE were sailing from Cassiopa¹ to Brundisium over the Ionian sea, violent, vast and storm-tossed. During almost the whole of the night which followed our first day a fierce side-wind blew, which had filled our ship with water. Then afterwards, while we were all still lamenting, and working hard at the pumps, day at last dawned. But there was no less danger and no slackening of the violence of the wind ; on the contrary, more frequent whirlwinds, a black sky, masses of fog, and a kind of fearful cloud-forms, which they called *typhones*,² or "typhoons," seemed to hang over and threaten us, ready to overwhelm the ship.

In our company was an eminent philosopher of the Stoic sect, whom I had known at Athens as a man of no slight importance, holding the young men who were his pupils under very good control. In the midst of the great dangers of that time and that tumult of sea and sky I looked for him, desiring to know in what state of mind he was and whether he was unterrified and courageous. And then I beheld

(see note on xvii. 10 9) and father of the winds ; but by later poets he was identified with Typhos or Typhoeus. His name was given to the violent storms called typhoons.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

pavidum et expallidum,¹ ploratus quidem nullos,
 sicuti ceteri omnes, nec ullas huiusmodi voces cientem,
 sed coloris et voltus turbatione non multum a ceteris
 7 differentem. At ubi caelum entuit et deferbuit
 mare et ardor ille periculi deflagravit, accedit ad
 Stoicum Graecus quispiam dives ex Asia, magno,
 ut videbamus, cultu paratuque rerum et familiae,
 atque ipse erat multis corporis animique deliciis
 8 affluens. Is quasi inludens: "Quid hoc," inquit,
 "est, o philosophe, quod, cum in periculis essemus,
 timuisti tu et palluisti? Ego neque timui neque
 9 pallui." Et philosophus aliquantum cunctatus an
 respondere ei conveniret, "Si quid ego," inquit, "in
 tanta violentia tempestatum videor paulum pavefac-
 10 tus, non tu istius rei ratione audienda dignus es.
 Set tibi sane Aristippus,² ille Socratis discipulus, pro
 me responderit,³ qui in simih⁴ tempore a simillimo
 tui homine interrogatus quare philosophus timeret,
 cum ille contra nihil metueret, non eandem esse
 causam sibi atque illi respondit, quoniam is quidem
 esset non magnopere sollicitus pro anima nequissimi
 nebulonis, ipsum autem pro Aristippi anima timere."
 11 His tunc verbis Stoicus divitem illum Asiaticum
 12 a sese molitus est. Sed postea, cum Brundisium ad-
 ventaremus malaciaque esset venti ac maris, percon-
 tatus eum sum quaenam illa ratio esset pavoris sui,
 quam dicere ei supersedisset a quo fuerat non satis
 13 digne compellatus? Atque ille mihi placide et

¹ expallidum, *Hosvius*; extrilidum, ω, exterritum, *J. F. Gronov*; exalbidum, *Skutsch*; extimidum, *Georges*.

² Aristippus, *J. Gronov*; Aristippus, ω; *Hertz* placed a lacuna after ille, suggesting egregius Socratis ille to fill it.

³ *Frag. Phil. Graec.* ii 407. 16.

⁴ qui consimili, suggested by *Hosvius*.

the man frightened and ghastly pale, not indeed uttering any lamentations, as all the rest were doing, nor any outcries of that kind, but in his loss of colour and distracted expression not differing much from the others. But when the sky cleared, the sea grew calm, and the heat of danger cooled, then the Stoic was approached by a rich Greek from Asia, a man of elegant apparel, as we saw, and with an abundance of baggage and many attendants, while he himself showed signs of a luxurious person and disposition. This man, in a bantering tone, said: "What does this mean, Sir philosopher, that when we were in danger you were afraid and turned pale, while I neither feared nor changed colour?" And the philosopher, after hesitating for a moment about the propriety of answering him, said: "If in such a terrible storm I did show a little fear, you are not worthy to be told the reason for it. But, if you please, the famous Aristippus, the pupil of Socrates, shall answer for me,¹ who on being asked on a similar occasion by a man much like you why he feared, though a philosopher, while his questioner on the contrary had no fear, replied that they had not the same motives, for his questioner need not be very anxious about the life of a worthless coxcomb, but he himself feared for the life of an Aristippus."

With these words then the Stoic rid himself of the rich Asiatic. But later, when we were approaching Brundisium and sea and sky were calm, I asked him what the reason for his fear was, which he had refused to reveal to the man who had improperly addressed him. And he quietly and courteously replied: "Since you are desirous of knowing, hear

¹ *Frag. Phil. Graec.* II 407.16.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

comiter : “Quoniam,” inquit, “audiendi cupidus es, audi quid super isto brevi quidem, sed necessario et naturali pavore maiores nostri, conditores sectae Stoicae, senserint, vel potius,” inquit, “lege; nam et facilius credideris, si legas, et memineris magis.”

- 14 Atque ibi coram ex sarcinula sua librum protulit Epicteti philosophi quintum *Διαλέξεων*, quas ab Arriano digestas congruere scriptis *Ζήνωνος* et Chrysippi non dubium est.
- 15 In eo libro Graeca scilicet oratione scriptam hanc sententiam legimus : “Visa animi, quas *φαντασίας* philosophi appellant, quibus mens hominis prima statim specie accidentis ad animum rei pellitur, non voluntatis sunt neque arbitrariae, sed vi quadam sua
- 16 inferunt sese hominibus noscitanda; probationes autem, quas *συγκαταθέσεις* vocant, quibus eadem visa noscuntur, voluntariae sunt fiuntque hominum
- 17 arbitratu. Propterea cum sonus aliquis formidabilis aut caelo aut ex ruina aut repentinus nescio cuius periculi nuntius vel quid aliud est¹ eiusmodi factum, sapientis quoque animum paulisper moveri et contrahi et pallescere necessum est, non opinione alicuius mali praecepta, sed quibusdam motibus rapidis et inconsultis, officium mentis atque rationis praevententibus.
- 18 Mox tamen ille sapiens ibidem *τὰς τοιαύτας φαντασίας*, id est visa istaec animi sui terrificae, non adprobat, hoc est *οὐ συγκατατίθεται οὐδὲ προσεπιδοξάζει*,² sed abicit respuitque nec ei metuendum esse in his
- 19 quicquam videtur. Atque hoc inter insipientis

¹ est, *J Gronov*; ex, *δ*; *γ omits*

² *Kronenberg transfers οὐδὲ προσεπιδοξάζει* to § 20, after *συγκατατίθεται*

¹ Frag. 9, p. 408, Schenkl.

BOOK XIX. I. 13-19

what our forefathers, the founders of the Stoic sect, thought about that brief but inevitable and natural fear, or rather," said he, "read it, for if you read it, you will be the more ready to believe it and you will remember it better." Thereupon before my eyes he drew from his little bag the fifth book of the *Discourses* of the philosopher Epictetus, which, as arranged by Arrian, undoubtedly agree with the writings of Zeno and Chrysippus

In that book I read this statement, which of course was written in Greek¹: "The mental visions, which the philosophers call *φαντασίαι* or 'phantasies,' by which the mind of man on the very first appearance of an object is impelled to the perception of the object, are neither voluntary nor controlled by the will, but through a certain power of their own they force their recognition upon men; but the expressions of assent, which they call *συγκαταθέσεις*, by which these visions are recognized, are voluntary and subject to man's will. Therefore when some terrifying sound, either from heaven or from a falling building or as a sudden announcement of some danger, or anything else of that kind occurs, even the mind of a wise man must necessarily be disturbed, must shrink and feel alarm, not from a preconceived idea of any danger, but from certain swift and unexpected attacks which overthrow the power of the mind and of reason. Presently, however, the wise man does not approve 'such phantasies,' that is to say, such terrifying mental visions (to quote the Greek, 'he does not consent to them nor confirm them'), but he rejects and scorns them, nor does he see in them anything that ought to excite fear. And they say that there is this difference between

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- sapientisque animum differre dicunt, quod insipiens, qualia sibi esse primo animi sui pulsu visa sunt saeva et aspera, talia esse vero putat et eadem incepta, tamquam si iure metuenda sint, sua quoque adsensione adprobat *καὶ προσεπιδοξάζει*: hoc enim verbo Stoici,
- 20 cum super ista re disserunt, utuntur Sapiens autem, cum breviter et strictim colore atque vultu motus est, *οὐ συγκατατίθεται*, sed statum vigoremque sententiae suae retinet quam de huiuscemodi visis semper habuit, ut de minime metuendis, sed fronte falsa et formidine inani territantibus.”
- 21 Haec Epictetum philosophum ex decretis Stoicorum sensisse atque dixisse, in eo quo dixi libro legimus adnotandaque esse idcirco existimavimus, ut rebus forte id genus quibus dixi obortis pavescere sensim et quasi albescere, non insipientis esse hominis neque ignavi putemus et in eo tamen brevi motu naturali magis infirmitati cedamus quam quod esse ea qualia visa sunt censeamus.

II

Ex quinque corporis sensibus duos esse cum beluis maxime communes; quodque turpis et improba est voluptas quae ex auditu, visu odoratuque procedit, quae vero ex gustu tactuque est, rerum omnium foedissima est, cum hae duae bestiarum ctiam sint, reliquae hominum tantum.

- 1 QUINQUE sunt hominum sensus, quos Graeci *αἰσθήσεις* appellant, per quos voluptas animo aut

BOOK XIX. I. 19—II. I

the mind of a foolish man and that of a wise man, that the foolish man thinks that such 'visions' are in fact as dreadful and terrifying as they appear at the original impact of them on his mind, and by his assent he approves of such ideas as if they were rightly to be feared, and 'confirms' them; for *προσ επιδοξάζει* is the word which the Stoics use in their discourses on the subject. But the wise man, after being affected for a short time and slightly in his colour and expression, 'does not assent,' but retains the steadfastness and strength of the opinion which he has always had about visions of this kind, namely that they are in no wise to be feared but excite terror by a false appearance and vain alarms"

That these were the opinions and utterances of Epictetus the philosopher in accordance with the beliefs of the Stoics I read in that book which I have mentioned, and I thought that they ought to be recorded for this reason, that when things of the kind which I have named chance to occur, we may not think that to fear for a time and, as it were, turn white is the mark of a foolish and weak man, but in that brief but natural impulse we yield rather to human weakness than because we believe that those things are what they seem.

II

That of the five senses of the body two in particular we share with beasts; and that pleasure which comes from hearing, sight and smell is base and reprehensible, but that which comes from taste and touch is the most shameful of all, since the last two are felt also by beasts, the others only by mankind

MEN have five senses, which the Greeks call *αἰσθήσεις*, by which mental or bodily pleasure is

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- corpori quaeri videtur: gustus, tactus, odoratus, visus, auditus. Ex his omnibus quae inmodice voluptas capitur, ea turpis atque improba existimatur.
- 2 Sed enim quae nimia ex gustu atque tactu est, ea voluptas, sicuti sapientes viri censuerunt, omnium rerum foedissima est, eosque maxime qui duabus istis belunis voluptatibus sese dediderunt, gravissimi vitii vocabulis Graeci appellant vel ἀκρατεῖς vel ἀκολάστους; nos eos vel "incontinentes" dicimus vel "intemperantes": ἀκολάστους enim, si interpretari coactus velis, nimis id verbum insolens erit.
- 3 Istae autem voluptates duae gustus atque tactus, id est libidines in cibos atque in Venerem prodigae, solae sunt hominibus communes cum beluis et idcirco in pecudum ferorumque animalium numero habetur, quisquis est his ferinis voluptatibus prae-
- 4 vincitus; ceterae ex tribus aliis sensibus proficiscentes hominum esse tantum propriae videntur.
- 5 Verba super hac re Aristotelis philosophi adscripsi, ut vel auctoritas clari atque incluti viri tam infamibus nos voluptatibus deterreret: Διὰ τί οἱ κατὰ τὴν τῆς ἀφῆς ἢ γείσεως ἡδονὴν¹ γιγνομένην, ἂν ὑπερβάλλωσιν, ἀκρατεῖς λέγονται, οἳ τε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἀκόλαστοι τοιοῦτοι,² οἳ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις· τῶν δὲ κατὰ τὴν τροφήν, ἀπ' ἐνίων μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδύ, ἀπ' ἐνίων δὲ ἐν τῷ λάρυγγι, διὸ καὶ Φιλόξενος γεράνου λάρυγγα³ εὔχετο ἔχειν ἢ διὰ τὸ τὰς ἀπὸ τούτων γιγνομένας ἡδονὰς κοινὰς εἶναι ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις; ἅτε⁴ οὐσῶν κοινῶν,⁵ ἀτιμώταταί εἰσι καὶ μάλιστα ἢ μόναι ἐπονείδιστοι, ὡς τὸν⁶ ὑπὸ τούτων ἡττώ-

¹ ἡδονήν, οὗ ἂν, *Arist.* ² τοιοῦτοι omitted by *MSS.* of *Arist.*

³ φάρυγγα, *Arist.* ⁴ ἅτε οὖν, *Arist.*

⁵ οὐσαι κοινά, many *MSS.* of *Arist.* ⁶ ὥστε τόν, *Arist.*

¹ *Problemata*, xxviii. 7.

evidently sought : taste, touch, smell, sight, hearing. From all of these the enjoyment of any immoderate pleasure is regarded as base and reprehensible. But excessive pleasure from taste or touch in the opinion of philosophers is the basest of all things, and those in particular who have given themselves up to those two animal pleasures the Greeks call by terms of the gravest reproach either ἀκρατεῖς or ἀκόλαστοι; we call them either *incontinentes* (incontinent) or *intemperantes* (intemperate); for if you should desire to have a closer translation of ἀκόλαστοι, the equivalent will be too unusual. But those two pleasures of taste and touch, namely, gluttony and venery, are the only ones common to man with the lower animals, and therefore whoever is enslaved to these beastly pleasures is regarded as in the number of brutes and beasts; the remaining pleasures proceeding from the other three senses seem to be peculiar to man alone.

I have added the words of Aristotle the philosopher on this subject,¹ in order that the authority of that renowned and illustrious man might turn us from such shameful pleasures: "Why are they called incontinent who indulge to excess in the pleasures of taste and touch? For both those who are immoderate in venery and those who are immoderate in the enjoyment of food are such. But of the latter, some find this gratification in the tongue and others in the throat, and it was for that reason that Philoxenos prayed to have the throat of a crane. Is it because the pleasures derived from such sources are common to us with the other animals? And being thus common they are the most dishonourable and more than the other pleasures, or alone, objects of

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

μειον ψέγομεν καὶ ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον λέγομεν διὰ τὸ
ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι οὐσῶν δὲ τῶν
αἰσθήσεων πέντε, τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ τῶν δύο μόνων τῶν
προειρημένων ἡδέται, κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἢ ὅλως οὐχ
6 ἡδέται ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει Quis igitur
habens aliquid humani pudoris voluptatibus istis
7 cum sue atque asino communes, gaudeat? Socrates
quidem dicebat multos homines propterea velle
vivere, ut ederent et biberent, se bibere atque esse,
8 ut viveret. Hippocrates autem, divina vir scientia,
de coitu venerio ita existimabat, partem esse quan-
dam morbi taeterrimi, quem nostri "comitiale"
dixerunt; namque ipsius verba haec traduntur: τῆν
συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.

III

Quod turpius est frigide laudari quam acerbius vituperari.

1 TURPIUS esse dicebat Favorinus philosophus exigue
atque frigide laudari quam insectanter et graviter
2 vituperari: "Quoniam," inquit, "qui maledicit et
vituperat, quanto id acerbius facit, tam maximo ille
pro inimico et iniquo ducitur et plerumque propterea
fidem non capit. Sed qui infecunde atque ieiune
laudat destitui a causa videtur et amicus quidem
creditur eius quem laudare vult, sed nihil posse
reperire quod iure laudet."

¹ See note on xvi. 4. 4.

reproach, so that we censure a man who is addicted to them and call him incontinent and incorrigible because he is enslaved to the meanest of pleasures. Now, there being five senses, the other animals are gratified by the two which have been mentioned only, but from the others they either enjoy no pleasure at all, or they merely experience it incidentally." Who, then, having any human modesty, would take pleasure in those two delights of venery and 'gluttony, which are common to man with the hog and the ass? Socrates indeed used to say that many men wish to live in order to eat and drink, but that he ate and drank in order to live. Hippocrates, moreover, a man of divine wisdom, believed of venery that it was a part of the horrible disease which our countrymen call *comitialis*, or "the election disease";¹ for these are his very words as they have come down to us: "that coition is a brief epilepsy"

III

That it is more disgraceful to be praised coldly than to be accused bitterly.

FAVORINUS the philosopher used to say that it was more shameful to be praised faintly and coldly than to be censured violently and severely: "For," said he, "the man who reviles and censures you is regarded as unjust and hostile towards you in proportion to the bitterness of his invective, and therefore he is usually not believed. But one who praises grudgingly and faintly seems to lack a theme; he is regarded as the friend of a man whom he would like to praise but as unable to find anything in him which he can justly commend."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

IV

Quamobrem venter repentino timore effluat; quare etiam ignis urinam lacessat.

- 1 ARISTOTELIS libri sunt, qui *Problemata Physica* in-
scribuntur, lepidissimi et elegantiarum omnigenus
2 referti. In his quaerit quam ob causam eveniat ut
quibus invasit repentinus rei magnae timor, plerum-
3 que alvo statim cita fiant. Item quaerit cur accidat
ut eum qui propter ignem diutius stetit libido urinae
4 lacessat. Ac de alvo quidem inter timendum prona
atque praecipiti causam esse dicit quod timor omnis
sit algificus, quem ille appellat ψυχροποιόν,¹ eaque
vi frigoris sanguinem caldoremque omnem de summa
corporis cute cogat penitus et depellat faciatque
5 pallescant. “Is autem,” inquit, “sanguis et calor
in intuma coactus movet plerumque alvum et
6 incitat.” De urina celebri, ex igni proximo facta,
verba haec posuit: Τὸ δὲ πῦρ διαχαλᾷ τὸ πεπηγός,²
ὥσπερ ἡλῖος τὴν χιόνα.

V

Ex Aristotelis libris sumptum quod nivis aqua potui pessima sit; et quod ex nive crystallus concreatur.

- 1 IN Tiburte rus concesseramus hominis amici divitis aestate anni flagrantissima ego et quidam alii aequales

¹ ψυχροποιόν, not in *Arist.* ² πεπηγός ἐν τῷ σώματι, *Arist.*

¹ xxvii. 10; vii 3.

² This is not what Aristotle said, but that water formed

BOOK XIX. IV. I-V. I

IV

Why the bowels are loosened by sudden terror; also why fire provokes urine.

THERE is a work of Aristotle, entitled *Physical Questions*, which is most delightful, and filled with choice knowledge of all kinds. In this book he inquires¹ why it happens that those who are seized with sudden fear of some great catastrophe commonly suffer at once from looseness of the bowels. He also inquires why it happens that one who has stood for some time before a fire is overtaken with a desire to make water. And he says that the cause of the loosening and discharge of the bowels because of fear is due to the fact that all terror is cold-producing, or *ψυχροποιός*, as he calls it, and that by the effect of that cold it drives and expels all the blood and heat from the surface of the skin and at the same time causes those who fear to grow pale, because the blood leaves the face. "Now this blood and heat," he says, "being driven inwards, usually moves the bowels and stimulates them." For the frequent urinating caused by nearness to a fire he gave this reason: "The fire dissolves the solid matter, as the sun does snow."

V

A statement from the works of Aristotle, that snow-water is a very bad thing to drink, and that ice is formed from snow.²

IN the hottest season of the year with some companions and friends of mine who were students of from ice was unwholesome, see §§ 5 and 9. See crit. note 1, p. 362.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- et familiares mei, eloquentiae aut philosophiae secta-
2 tores Erat nobiscum vir bonus ex peripatetica disci-
plina, bene doctus et Aristotelis unice studiosissimus.
3 Is nos aquam multam ex diluta nive bibentes coerce-
bat severiusque increpabat. Adhibebat nobis auctori-
tates nobilium medicorum et cumprimis Aristotelis
philosophi, rei omnis humanae peritissimi, qui aquam
nivalem frugibus sane et arboribus fecundam diceret,
sed hominibus potu nimio insalubrem esse tabemque
et morbos sensim atque in diem longam visceribus
inseminare.
- 4 Haec quidem ille ad nos prudenter et benivole et
adsidue dictitabat. Sed cum bibendae nivis pausa
fieret nulla, promit e bibliotheca Tiburti, quae tunc
in Herculis templo satis commode instructa librariis
erat, Aristotelis librum eumque ad nos adfert et
“Huius saltem,” inquit, “sapientissimi viri verbis
credite ac desinite validitudinem vestram proffigare.”
- 5 In eo libro scriptum fuit deterrimam esse potu
aquam e nive itemque solidius latiusque concretam
esse¹ eam, quam *κρύσταλλον* Graeci appellant; causa-
6 que ibi adscripta est huiuscemodi. “Quoniam, cum
aqua frigore aeris duratur et coit, necessum est fieri
evaporationem et quandam quasi auram tenuissimam
7 exprimi ex ea et emanare. Id autem,” inquit, “in
ea levissimum est quod evaporatur; manet autem
quod est gravius et sordidius et insalubrius, atque

¹ esse *deleted by Vogel.*

¹ Frag. 214, Rose.

BOOK XIX. v. 1-7

eloquence or of philosophy, I had withdrawn to the country-place of a rich friend at Tibur. There was with us a good man of the Peripatetic school, well trained and especially devoted to Aristotle. When we drank a good deal of water made of melted snow, he tried to restrain us and rather severely scolded us. He cited us the authority of famous physicians and in particular of the philosopher Aristotle, a man skilled in all human knowledge, who declared that snow-water was indeed helpful to grain and trees, but was a very unwholesome drink for human beings, and that it gradually produced wasting diseases in the body, which made their appearance only after a long time.

This counsel he gave us repeatedly in a spirit of prudence and goodwill. But when the drinking of snow-water went on without interruption, from the library of Tibur, which at that time was in the temple of Hercules and was well supplied with books, he drew out a volume of Aristotle and brought it to us, saying. "At least believe the words of this wisest of men and cease to ruin your health."

In that book it was written¹ that water from snow was very bad to drink, as was also that water which was more solidly and completely congealed, which the Greeks call *κρύσταλλος*, or "clear ice", and the following reason was there given for this: "That when water is hardened by the cold air and congeals, it necessarily follows that evaporation takes place and that a kind of very thin vapour, so to speak, is forced from it and comes out of it. But its lightest part," he said, "is that which is evaporated; what remains is heavier and less clean and wholesome,

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

id, pulsu aeris verberatum, in modum coloremque
8 spumae candidae oritur. Sed aliquantum quod est
salubrius diffuari atque evaporari ex nive indicium
illud est, quod¹ minor fit illo, quod ante fuerat
quam concreceret."

- 9 Verba ipsa Aristotelis ex eo libro pauca sumpsit
et adscripsi: Διὰ τί τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων
ὑδατα φαυλά ἐστιν; ὅτι παντὸς ὑδατος πηγνυμένου τὸ
λεπτότατον καὶ κουφότατον ἐξατμίζει. σημεῖον δέ, ὅτι
ἐλαττον γίνεται ἢ πρότερον, ὅταν τακῆ παγόν. ἀπελη-
λυθότος οὖν τοῦ ὑγεινοτάτου, ἀνάγκη αἰεὶ, τὸ καταλει-
10 πόμενον χεῖρον εἶναι. Hoc ubi legimus, placuit honorem
doctissimo viro haberi Aristoteli. Atque ita postea
ego bellum et odium nivi indixi, alii indutias cum
ea varie factitabant.

VI

Quod pudor sanguinem ad extera diffundit, timor vero
contrahit

- 1 IN *Problematis* Aristotelis philosophi ita scriptum
est: Διὰ τί οἱ μὲν αἰσχνυόμενοι ἐρυθριῶσιν, οἱ δὲ φοβού-
μενοι ὠχριῶσιν, παραπλησίων τῶν παθῶν ὄντων, ὅτι
τῶν μὲν αἰσχνυομένων διαχέεται τὸ αἷμα ἐκ τῆς καρδίας
εἰς ἅπαντα τὰ μέρη τοῦ σώματος, ὥστε ἐπιπολάζειν τοῖς
δὲ φοβηθείσιν συντρέχει εἰς τὴν καρδίαν, ὥστε ἐκλείπειν
ἐκ τῶν ἄλλων μερῶν.
- 2 Hoc ego Athenis cum Tauro nostro legissem

¹ quod, *Hertz*; qui, *ω*.

¹ As Hannibal did against the Romans.

BOOK XIX. v. 7—VI. 2

and this part, beaten upon by the throbbing of the air, takes on the form and colour of white foam. But that some more wholesome part is forced out and evaporated from the snow is shown by the fact that it becomes less than it was before it congealed.”

I have taken a few of Aristotle's own words from that book, and I quote them: “Why is the water made from snow or ice unwholesome? Because from all water that is frozen the lightest and thinnest part evaporates. And the proof of this is that when it melts after being frozen, its volume is less than before. But since the most wholesome part is gone, it necessarily follows that what is left is less wholesome” After I read this, we decided to pay honour to the learned Aristotle. And so I for my part immediately declared war upon snow and swore hatred against it,¹ while the others made truces with it on various terms.

VI

That shame drives the blood outward, while fear checks it.

In the *Problems* of the philosopher Aristotle is the following passage: ² “Why do men who are ashamed turn red and those who fear grow pale; although these emotions are similar? Because the blood of those who feel shame flows from the heart to all parts of the body, and therefore comes to the surface; but the blood of those who fear rushes to the heart, and consequently leaves all the other parts of the body.”

When I had read this at Athens with our friend

² Frag. 243, Rose.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

percontatusque essem quid de ratione ista reddita sentiret, "Dixit quidem," inquit, "probe et vere quid accideret diffuso sanguine aut contracto, sed
3 cur ita fieret non dixit. Adhuc enim quæui potest quam ob causam pudor sanguinem diffundat, timor contrahat, cum sit pudor species timoris atque ita definiatur: 'timor iustae reprehensionis.' Ita enim philosophi definiunt: αἰσχύνη ἐστὶν φόβος δικαίου ψόγου."

VII

Quid sit "obesum"; nonnullaque alia prisca vocabula.

- 1 In agro Vaticano Iulius Paulus poeta, vir bonus et rerum litterarumque veterum impense doctus, hereditolum tenue possidebat. Eo saepe nos ad sese vocabat et olusculis pomisque satis comiter copioseque invitabat. Atque ita molli quodam tempestatis autumnæ die ego et Iulius Celsinus, cum ad eum cenassemus et apud mensam eius audissemus legi Laevi *Alcestin* rediremusque in urbem sole iam fere occiduo, figuras habitusque verborum nove aut insigniter dictorum in Laeviano illo carmine rummabamur et, ut quæque vox indidem digna animadverti subvenerat, qua nos quoque possemus uti, memoriae mandabamus.
- 3 Erant autem verba quae tunc suppetebant, huiusmodi:

Corpore (inquit) pectoreque undique obeso ac
Mente exsensa tardigenuclo
Senio obpressum.

¹ This is characteristic of the archaistic period in which Gellius lived.

BOOK XIX. VI. 2-VII. 3

Taurus and had asked him what he thought about that reason which had been assigned, he answered: "He has told us properly and truly what happens when the blood is diffused or concentrated, but he has not told us why this takes place. For the question may still be asked why it is that shame diffuses the blood and fear contracts it, when shame is a kind of fear and is defined by the philosophers as 'the fear of just censure.' For they say: *αἰσχύνη ἐστὶν φόβος δικαίου ψόγου.*"

VII

The meaning of *obesus* and of some other early words

THE poet Julius Paulus, a worthy man, very learned in early history and letters, inherited a small estate in the Vatican district. He often invited us there to visit him and entertained us very pleasantly and generously with vegetables and fruits. And so one mild day in autumn, when Julius Celsinus and I had dined with him, and after hearing the *Alcestis* of Laevius read at his table were returning to the city just before sunset, we were ruminating on the rhetorical figures and the new or striking use of words in that poem of Laevius', and as each word occurred that was worthy of notice with reference to its future use by ourselves,¹ we committed it to memory.

Now the passages which then came to mind were of this sort:²

Of chest and body wasted (*obeso*) everywhere,
Of mind devoid of sense and slow of pace,
With age o'ercome.

² Frag. 8, Bahrens.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

"Obesum" hic notavimus proprie magis, quam usitate
 dictum pro exili atque gracilento; vulgus enim ἀκίρως
 vel κατὰ ἀντίφρασιν "obesum" pro "uberi" atque
 4 "pingui" dicit. Item notavimus quod "oblitteram"
 5 gentem pro "oblitterata" dixit; item quod hostis
 qui foedera frangerent, "foedifragos," non "foederi-
 6 fragos" dixit; item, quod rubentem auroram "pudo-
 ricolorem" appellavit et Memnonem "nocticolorem";
 7 item, quod "forte" dubitanter et ab eo quod est
 "sileo," "silenta loca" dixit et "pulverulenta" et
 "pestilenta" et quod "carendum tui est" pro "te"
 8 quodque "magno impete" pro "impetu"; item
 9 quod "fortescere" posuit pro "fortem fieri" quod-
 que "dolentiam" pro "dolore" et "avens" pro
 10 "libens"; item "curis intolerantibus" pro "in-
 tolerandis," quodque "manciolis," inquit, "tenellis"
 pro "manibus" et "quis tam siliceo" Item "fiere,"
 inquit, "inpendio infit," id est "fieri inpanse in-
 11 cipit"; quodque "accipitret" posuit pro "laceret."
 12 His nos inter viam verborum Laevianorum ad-
 13 notatiunculis oblectabamus. Cetera enim, quae vide-
 bantur nimium poetica, ex prosae orationis usu
 alieniora praetermissimus; veluti fuit quod de Nestore
 14 ait "trisaechsenex" et "dulciorelocus iste," quod de
 tumidis magnisque fluctibus inquit "multigrumis" et

¹ Frag. 9, Bahrens

² A verb formed from *accipiter*, "hawk," meaning "to tear," as a hawk does its prey.

Here we noticed that *obesus* is used, rather in its proper than in its common signification, to mean slender and lean; for the vulgar use *obesus*, ἀκύρωσ (improperly), or κατὰ ἀντίφρασιν (by contraries), for *uber* (bulky) and *pinguis* (fat). We also observed¹ that he spoke of an extinct race as *oblittera* instead of *oblitterata*, and that he characterized enemies who broke treaties as *foedifragi*, not *foederifragi*; that he called the blushing Aurora *pudoricolor*, or “shame-coloured” and Memnon, *nocticolor*, or “night-coloured”; also that he used *forte* for “hesitatingly,” and said *silenta loca*, or “silent places,” from the verb *sileo*; further, that he used *pulverulenta* for “dusty” and *pestilenta* for “pestilent,” the genitive case instead of the ablative with *careo*; *magno impete*, or “mighty onset,” instead of *impetu*; that he used *fortescere* for *fortem fieri*, or “become brave,” *dolentia* for *dolor*, or “sorrow,” *avens* for *libens*, or “desirous”; that he spoke of *curae intolerantes*, or “unendurable cares,” instead of *intolerandae*, *manciolae tenellae*, or “tender hands,” instead of *manus*, and *quis tam siliceo* for “who is of so flinty a heart?” He also says *fiere impendio infit*, meaning *fieri impense incipit*, or “the expense begins to be great,” and he used *accipetret*² for *laceret*, or “rends.”

We entertained ourselves on our way with these notes on Laevius' diction. But others we passed over as too poetic and unsuited to use in prose; for example, when he calls Nestor *trisaeclisenex*, or “an old man who had lived three generations” and *dulciorelocus iste*, or “that sweet-mouthed speaker,” when he calls great swelling waves *multigruma*, or “great-hillocked,” and says that rivers congealed by

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 15 flumina gelu concreta "teginine" esse "onychino"
16 dixit, et quae multiplica ludens composuit, quale illud
est, quod vituperones suos "subductisupercilicarp-
tores" appellavit.

VIII

Quaestio an "harena" "caelum," "triticum" pluralia
inveniantur, atque mihi de "quadrigis," "inipicitis,"
nonnullis praeterea vocabulis, an singulari numero com-
periantur.

- 1 ADULFSCENTULUS Romae, priusquam Athenas con-
cederem, quando erat a magistris auditionibusque
obeundis otium, ad Frontonem Cornelium visendi
gratia pergebam sermonibusque eius purissimis bona-
rumque doctrinarum plenis fruebar. Nec umquam
factum est, quotiens eum vidimus loquentemque
audivimus, quin rediremus fere cultiores doctioresque.
- 2 Veluti fuit illa quodam die sermocinatio illius, levi
quidem de re, sed a Latinae tamen linguae studio
3 non abhorrens. Nam, cum quispiam familiaris eius,
bene eruditus homo et tum poeta inlustris, liberatum
esse se aquae intercutis morbo diceret, quod "harenis
calentibus" esset usus, tum adludens Fronto: "Morbo
quidem," inquit, "cares, sed verbi vitio non cares.
Gaius enim Caesar, ille perpetuus dictator, Cn.
Pompei socer, a quo familia et appellatio Caesarum
deinceps propagata est, vir ingenii praecellentis, ser-
monis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris,
quos ad M. Ciceronem *De Analogia* conscripsit,
'harenas' vitiose dici existimat, quod 'harena' num-

¹ Frag. 7, Bahrens.

² ii. p. 126, Dinter.

BOOK XIX. VII. 15-VIII. 3

the cold have an *onychinum tegimen*, or "an onyx covering"; also his many humorous multiple compounds, as when he calls his detractors¹ *subducti-supercalicarptores*, or "carpers with raised eye-brows"

VIII

An inquiry whether *harena*, *caelum* and *triticum* are found in the plural, also whether *quadrigae*, *inimicitiae*, and some other words, occur in the singular.

WHEN I was a young man at Rome, before I went to Athens, I often paid a visit to Cornelius Fronto, when I had leisure from my masters and my lectures, and enjoyed his refined conversations which abounded besides in excellent information. Whenever I saw him and heard him speak, I almost never failed to come away improved and better informed. An example is the following little talk of his, held one day on a trivial subject, it is true, but yet not without importance for the study of the Latin language. For when an intimate friend of his, a learned man and an eminent poet of the day, said that he had been cured of dropsy by the use of hot sand (*calentes harenae*), thereupon Fronto in jesting fashion said: "You are indeed freed of your complaint, but not of the complaint of improper language. For Gaius Caesar, the famous life-dictator and father-in-law of Gnaeus Pompeius, from whom the family and the name of the Caesars are derived, a man of wonderful talent, surpassing all others of his time in the purity of his diction, in the work *On Analogy*, which he dedicated to Marcus Cicero, wrote² that *harenae* is an improper term, since *harena* ought never to be

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

quam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neque
 4 'caelum' neque 'triticum'; contra autem 'quadrigas,'
 etiamsi currus unus, equorum quattuor iunctorum
 agmen unum sit, plurativo semper numero dicendas
 putat, sicut 'arma'¹ et 'moenia' et 'comitia' et
 'inimicitias'—nisi quid contra ea dicis, poetarum
 pulcherrime, quo et te purges et non esse id vitium
 demonstres."

5 "De 'caelo,'" inquit ille, "et 'tritico' non infitias
 eo, quin singulo semper numero dicenda sint, neque
 de 'armis' et 'moenibus' et 'comitiis,' quin figura
 6 multitudinis perpetua censeantur; videbimus autem
 potius² de 'inimicitis' et 'quadrigis.' Ac fortassean
 de 'quadrigis' veterum auctoritati concessero, 'inimicitiam'
 tamen, sicuti 'inscientiam' et 'inpotentiam' et 'iniuriam,'
 quae ratio est quamobrem C. Caesar vel dictam esse a veteribus vel dicendam a
 nobis non putat, quando Plautus, linguae Latinae
 decus, 'deliciam' quoque ἐνικῶς dixerit pro 'deliciis'?

Mēa (inquit) voluptas, mēa delicia.³

'Inimicitiam' autem Q. Ennius in illo memoratissimo
 libro dixit:

Eo ego (inquit) ingenio natus sum;
 Amicitiam atque inimicitiam in frontem promptam
 gero.

¹ circa arma, *Q*, castra, arma, *Vogel*.

² potius, *Hosvius*; post, *ω*.

³ meae deliciae, *codd Plant.*; mea delicia, *Lindsay*.

¹ *Harenae* is used by Virgil, Horace, and Ovid (e.g. Hor. *Odes*, i. 28 l; iii 4 31; Virg. *Aen.* i 107); also by Seneca the philosopher, Tacitus, Suetonius (*Aug* lxxx.) and other post-Augustan prose-writers and poets.

BOOK XIX. VIII. 3-6

used in the plural,¹ any more than *caelum* (heaven) and *tritium* (wheat). But on the other hand he thinks that *quadrigae*, even though it be a single chariot, that is, one team of four horses yoked together, ought always to be used in the plural number, like *arma* (arms), *moenia* (walls), *comitia* (election) and *inimicitiae* (hostility)—unless, my finest of poets, you have anything to say in reply, to excuse yourself and show that you have not made an error.”

“With regard to *caelum*,” said the poet, “and *tritium* I do not deny that they ought always to be used in the singular, nor with regard to *arma*, *moenia* and *comitia*, that their use ought to be confined to the plural; but we will inquire rather about *inimicitiae* and *quadrigae*. And perhaps in the case of *quadrigae* I shall yield to the authority of the early writers: but what reason is there why Caesar should think that *inimicitia* was not used by the ancients, as were *inscientia* (ignorance) and *impotentia* (impotence) and *iniuria* (injury), and ought not to be used by us, when Plautus, that glory of the Latin tongue, even used *delicia* in the singular number instead of *deliciae*? For he says: ²

O my delight, my darling (*delicia*)

Furthermore Quintus Ennius, in that most famous book of his, said: ³

Such is my habit; plain upon my brow
Friendship I bear and enmity (*inimicitiam*) to see.

² *Poen.* 365.

³ *Achilles*, 12, p. 120, Vahlen².

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Sed enim 'harenas' parum Latine dici, quis, oro te, alius aut scripsit aut dixit? Ac propterea peto ut, si Gai Caesaris liber prae mambus est, promi iubeas, ut quam confidenter hoc indicat aestimari a te possit."

- 7 Tunc, prolato libro *De Analogia* primo, verba
8 haec ex eo pauca memoriae mandavi. Nam, cum supra dixisset, neque "caelum" neque "triticum" neque "harenam" multitudinis significationem pati, "Num tu," inquit, "harum rerum natura accidere arbitraris quod 'unam terram' ac¹ 'plures terras' et 'urbem' et 'urbes' et 'imperium' et 'imperia' dicamus, neque 'quadrigas' in unam nominis figuram redigere neque 'harenam' multitudinis appellatione convertere possimus?"
- 9 His deinde verbis lectis ibi² Fronto ad illum potam: "Videturne tibi," inquit, "C Caesar de statu verbi contra te satis aperte satisque constanter pronuntiasset?" Tunc permotus auctoritate libri poeta: "Si a Caesare," inquit, "ius provocandi foret, ego nunc ab hoc Caesaris libro provocassem. Sed quoniam ipse rationem sententiae suae reddere super-sedit, nos te nunc rogamus ut dicas quam esse causam vitii putes et in 'quadriga' dicenda et in
11 'harenis.'"³ Tum Fronto ita respondit: "'Quadrigae' semper, etsi multiugae non sunt, multitudinis tamen numero tenentur, quoniam quattuor simul equi iuncti 'quadrigae,' quasi 'quadriugae,' vocantur, neque debet prorsus appellatio equorum plurium
12 includi in singularis numeri unitatem." Eandemque rationem 'harenae'⁴ habendam, sed in specie dispari; nam cum 'harena' singulari in numero dicta multi-

¹ ac plures, *Hertz*; adplures, δ ; *the other MSS. have et.*

² ibi, *Salmasius*; sibi, ω .

³ harenis, *Carrio*; harena, ω .

⁴ harenae supplied by *Hertz*; habet arena, *Madvig*.

But pray, who else has written or said that *harenae* is not good Latin? And therefore I beg of you, if Gaius Caesar's book is accessible, that you have it brought, in order that you may judge with how much confidence he makes this statement."

At the time, the first book *On Analogy* being brought, I committed to memory these few words from it; for, first asserting that neither *caelum*, *tritacum*, nor *harena* admitted a plural meaning, Caesar said: "Do you not think that it happens from the nature of these things that we say 'one land' and 'several lands,' 'city' and 'cities,' 'command' and 'commands,' and that we cannot convert *quadrigae* into the form of a singular noun or *harena* into a plural?"

When these words had been read, Fronto said to the poet: "Does it not seem to you that Gaius Caesar has decided against you as to the status of this word with sufficient clearness and force?" Thereupon the poet, greatly impressed by the authority of the book, said: "If it were lawful to appeal from Caesar, I would now appeal from this book of his. But since he has neglected to give the reason for his opinion, I now ask you to tell on what ground you think it an error to say *quadriga* and *harenae*." Then Fronto replied as follows: "*Quadrigae* is always confined to the plural number, even though there be only one horse, since four horses yoked together are called *quadrigae*, from *quadriugae*, and certainly a term which designates many horses ought not to be included under the oneness expressed by the singular number. The same reasoning must be applied to *harena*, but in a different form; for since *harena*, though used in the singular number, never-

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- tudinem tamen et copiam significet minimarum, ex quibus constat, partium, indocte et inscite ‘harenae’ dici videntur, tamquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, cum ei singulariter dicto¹ ingenta sit naturalis sui multitudo. Sed haec ego,” inquit, “dixi, non ut huius sententiae legisque fundus subscriptorque fierem, sed ut ne Caesaris, viri docti, opinionem ἀπαραμύθητον destituerem.
- 13 Nam cum ‘caelum’ semper ἐνικῶς dicitur, ‘mare’ et ‘terra’ non semper, et ‘pulvis,’ ‘ventus’ et ‘fumus’ non semper, cur ‘indutias’ et ‘caerimonias’ scriptores veteres nonnumquam singulari numero appellaverunt, ‘ferias’ et ‘nundinas,’ et ‘inferias’ et ‘exequias’ numquam? Cur ‘mel’ et ‘vinum’ atque id genus cetera numerum multitudinis capiunt,
- 14 ‘lacte’² non capiat? Quaeri, inquam, ista omnia et enucleari et extundi ab hominibus negotiosis in civitate tam occupata non queunt. Quin his quoque ipsis quae iam dixi demoratos vos esse video, alicui,
- 15 opinor, negotio destinatos. Ite ergo nunc et, quando forte erit otium, quaerite an ‘quadrigam’ et ‘harenas’ dixerit e cohorte illa dumtaxat anti-quiore vel oratorum aliquis vel poetarum, id est classicus adsiduosque aliquis scriptor, non proletarius.”
- 16 Haec quidem Fronto requirere nos iussit vocabula non ea re, opinor, quod scripta esse in ullis veterum libris existumaret, sed ut nobis studium lectitandi in
- 17 quaerendis rarioribus verbis exerceret Quod unum

¹ dicto, *Madvig*; dici, *ω*.

² lac, *γ*.

¹ The classical form is, of course, *lac*. *Lacte* and *lact* occur in early Latin, and the use of *lacte* here is an archaism, which was not understood by some of the scribes; see crit. note 2.

theless indicates the multiplicity and abundance of the minute parts of which it consists, *harenae* seems to be an ignorant and improper usage, as if the word needed a plural form, when its collective nature makes it natural for it to be used in the singular. But," said he, "I have said this, not in order to give my authority and signature to this opinion and rule, but that I might not leave the view of that learned man, Caesar, unsupported. For while *caelum*, or 'sky,' is always used in the singular, but *mare*, or 'sea,' and *terra*, or 'land,' not always, and *pulvis*, or 'dust,' *ventus*, or 'wind,' and *fumus*, or 'smoke,' not always, why did the early writers sometimes use *indutiae*, or 'truce,' and *caerimoniae*, or 'ceremony,' in the singular, but never *feriae*, or 'holiday,' *nundinae*, or 'market day,' *inferiae*, or 'offering to the dead,' and *exsequiae*, or 'obsequies'? Why may *mel*, or 'honey,' and *vinum*, or 'wine,' and other words of that kind, be used in the plural, but not *lacte* (milk)?¹ All these questions, I say, cannot be investigated, unravelled, and thrashed out by men of affairs in so busy a city; indeed, I see that you have been delayed even by these matters of which I have spoken, being intent, I suppose, on some business. So go now and inquire, when you chance to have leisure, whether any orator or poet, provided he be of that earlier band—that is to say, any classical or authoritative writer, not one of the common herd—has used *quadriga* or *harenae*."

Now Fronto asked us to look up these words, I think, not because he thought that they were to be found in any books of the early writers, but to rouse in us an interest in reading for the purpose of hunting down rare words. The one, then, which

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- ergo rarissimum videbatur, invenimus “quadrigam” numero singulari dictam in libro *Saturarum* M. 18 Varronis, qui inscriptus est *Ecdemeticus*. “Harenas” autem *πληθοντικῶς* dictas minore studio quaerimus, quia praeter C. Caesarem, quod equidem meminere, nemo id doctorum hominum dedit.

IX

Antonii Iuliani in convivio ad quosdam Graecos lepidissima responsio.

- 1 ADULESCENS e terra Asia de equestri loco, laetae indolis moribusque et fortuna bene ornatus et ad rem musicam facili ingenio ac lubenti, cenam dabat amicis ac magistris sub urbe in rusculo celebrandae lucis annuae, quam principem sibi vitae habuerat.
- 2 Venerat tum nobiscum ad eandem cenam Antonius Iulianus rhetor, docendis publice iuvenibus magister, Hispano ore florentisque homo facundiae et rerum
- 3 litterarumque veterum peritus. Is, ubi edulus finis et poculis mox sermonibusque tempus fuit, desideravit exhiberi, quos habere eum adolescentem sciebat, scitissimos utriusque sexus, qui canerent voce
- 4 et qui psallerent. Ac posteaquam introducti pueri puellaeque sunt, iucundum in modum *Ἀνακρεόντεια* pleraque et Sapphica et poetarum quoque recentium *ἐλεγεία* quaedam erotica dulcia et venusta cecinerunt.
- 5 Oblectati autem sumus praeter multa alia versiculis lepidissimis Anacreontis semis, quos equidem scripsi, ut interea labor hic vigiliarum et inquietas suavitate paulisper vocum atque modulorum adquiesceret :

¹ The plural is used by Ovid, Virgil, and Horace; and by later poets and prose-writers; e.g. Suetonius, *Aug.* lxxx. (1., p. 246, *L. C. L.*).

² *Poetae Lyrici Graeci*, III., p. 298, Bergk⁴.

BOOK XIX. VIII. 17-IX. 5

seemed the rarest, *quadriga*, I found used in the singular number in that book of Marcus Varro's *Satires* which is entitled *Ecdemeticus*. But I sought with less interest for an example of the plural *harenae*, because, except Gaius Caesar, no one among learned men has used that form, so far as I can recall.¹

IX

The very neat reply of Antonius Julianus to certain Greeks at a banquet.

A YOUNG man of equestrian rank from the land of Asia, gifted by nature, well off in manners and fortune, with a taste and talent for music, was celebrating the anniversary of the day on which he began life by giving a dinner to his friends and teachers in a little country place near the city. There had come with us then to that dinner the rhetorician Antonius Julianus, a public teacher of young men, who spoke with a Spanish accent, but was very eloquent, besides being well acquainted with our early literature. When there was an end of eating and drinking, and the time came for conversation, Julianus asked that the singers and lyre-players be produced, the most skilful of both sexes, whom he knew that the young man had at hand. And when the boys and girls were brought in, they sang in a most charming way several odes of Anacreon and Sappho, as well as some erotic elegies of more recent poets that were sweet and graceful. But we were especially pleased with some delightful verses of Anacreon, written in his old age,² which I noted down, in order that sometimes the toil and worry of this task of mine might find relief in the sweetness of poetical compositions :

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 6 Τὸν ἄργυρον τορεύσας,
 Ἕφαιστέ, μοι ποιήσον
 Πανοπλίας μὲν οὐχί,
 Τί γὰρ μάχαισι κάμοί;
 Ποτήριον δὲ κοῖλον
 Ὅσον δύνῃ βάθυνον,
 Καὶ μὴ¹ ποίει κατ' αὐτὸ
 Μήτ' ἄστρα μήτ' ἀμάξας
 Τί Πλειάδων μέλει μοι,
 Τί δ' ἀστέρος Βοώτεω,
 Ποίησον ἀμπέλους μοι
 Καὶ βότρυνας κατ' αὐτῶν
 Καὶ χρυσέους πατοῦντας
 Ὅμοῦ κολῶ Λναίῳ
 Ἔρωτα καὶ Βάθυλλον.

- 7 Tum Graeci plusculi qui in eo convivio erant, homines amoeni et nostras quoque litteras haut in-curiose docti, Iulianum rhetorem lacessere insectari-que adorti sunt tamquam prorsus barbarum et agrestem, qui ortus terra Hispania foret clamatorque tantum et facundia rabida iurgiosaque esset eiusque linguae exercitationes doceret quae nullas voluptates nullamque mulcedinem Veneris atque Musae haberet; saepeque eum percontabantur quid de Anacreonte ceterisque id genus poetis sentiret et equis nostrorum poetarum tam fluentes carminum delicias fecisset. "Nisi Catullus," inquit, "forte pauca et Calvus itidem pauca. Nam Laevius implicata et Hortensius invenusta et Cinna inlepida et Memmius dura ac deinceps omnes rudia fecerunt atque absona."

- 8 Tum ille pro lingua patria, tamquam pro aris et focus, animo irritato indignabundus: "Cedere equi-

BOOK XIX. IX. 6-8

Shaping the silver, Hephaestus,
 Make me no panoply, pray;
 What do I care for war's combats?
 Make me a drinking cup rather,
 Deep as you ever can make it;
 Carve on it no stars and no wains;
 What care I, pray, for the Pleiads,
 What for the star of Bootes?
 Make vines, and clusters upon them,
 Treading them Love and Bathyllus,
 Made of pure gold, with Lyaeus.

Then several Greeks who were present at that dinner, men of refinement and not without considerable acquaintance also with our literature, began to attack and assail Julianus the rhetorician as altogether barbarous and rustic, since he was sprung from the land of Spain, was a mere ranter of violent and noisy speech, and taught exercises in a tongue which had no charm and no sweetness of Venus and the Muse; and they asked him more than once what he thought of Anacreon and the other poets of that kind, and whether any of our bards had written such smooth-flowing and delightful poems; "except," said they, "perhaps a few of Catullus and also possibly a few of Calvus; for the compositions of Laevius were involved, those of Hortensius without elegance, of Cinna harsh, of Memmius rude, and in short those of all the poets without polish or melody"

Then Julianus, filled with anger and indignation, spoke as follows in behalf of his mother tongue, as if for his altars and his fires. "I must indeed grant you

¹ μοι, *Beryk from Anth. Pal* xi. 48.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

dem," inquit, "vobis debui, ut in tali asotia atque nequitia Alcinum¹ vinceretis et sicut in voluptatibus cultus atque victus, ita in cantilenarum quoque 9 mollitiis² anteiretis. Sed ne nos, id est nomen Latinum, tamquam profecto vastos quosdam et insubidos, ἀναφροδισίας condemnetis, permittite mihi, quaeso, operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socraten fecisse aiunt, et audite ac discite nostros quoque antiquiores ante eos quos nominastis poetas amasios ac venerios fuisse"³

10 Tum resupinus, capite convelato, voce admodum quam suavi, versus cecinit Valeri Aeditui, veteris poetae, item Porcii Licini et Q. Catuli, quibus mundius, venustius, limatius, tersius,³ Graecum Latinumve nihil quicquam reperiri puto.

11 Aeditui versus :

Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
 Quid mi abs te quaeiam² verba labris abeunt,
 Per pectus manat subito subido⁴ mihi sudor :
 Sic tacitus, subidus, dum pudeo, pereoo.

12 Atque item alios versus eiusdem addidit, non hercle minus dulces quam priores :

¹ Alcinum, *Hertz* (cf. *Hor. Ep.* 1. 2. 28 ff.); arcinnum, ω; Apicium suggested by *Hosvius* (cf. *Sen. Ep.* cxx. 19)

² mollitiis, *Hertz*; multis, ω.

³ tersius, *Salmasius*, persius, pessius, pressius, *MSS.*

⁴ subido added by *Usener*; stupido, *C. F. W. Muller*.

¹ Probably (see crit. note) another form of Alcinous, King of the Phaeacians. He is not represented by Homer as "licentious and base," but that opinion arose at a later time. Cf. Horace, *Epist.* 1. 2. 28 ff.

² Frag. 1, *Bahrens*.

that in such licentiousness and baseness you would outdo Alcinus¹ and that as you outstrip us in the pleasures of adornment and of food, so you do also in the wantonness of your ditties. But lest you should condemn us, that is, the Latin race, as lacking in Aphrodite's charm, just as if we were barbarous and ignorant, allow me, I pray, to cover my head with my cloak (as they say Socrates did when making somewhat indelicate remarks), and hear and learn that our forefathers also were lovers and devoted to Venus before those poets whom you have named."

Then lying upon his back with veiled head, he chanted in exceedingly sweet tones some verses of Valerius Aedituus, an early poet, and also of Porcius Licinus and Quintus Catulus; and I think that nothing can be found neater, more graceful, more polished and more terse than those verses, either in Greek or in Latin :

The verses of Aedituus are as follows :²

When, Pamphila, I try to tell my love,
 What shall I ask of you ? Words fail my lips,
 A sudden sweat o'erflows my ardent³ breast,
 Thus fond and silent, I refrain and die.

And he also added other verses of the same poet, no less sweet than the former ones :⁴

³ *Subidus* occurs only here, and its meaning is not certain. It seems to be connected with the verb *subo*, "burn with love," but some regard it as the opposite of *insubridus*, "foolish, stupid," in which case it might be translated "conscious." The alliteration and assonance in this epigram are noteworthy.

⁴ Frag. 2, Bahrens.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Qui faculam praefers, Phileros, quae nil opus
nobis ?

Ibimus sic, lucet pectore flamma satis.

Istam nam potis est vis saeva extinguere venti

Aut imber caelo candidus¹ praecipitans,

At contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
Nullast quae possit vis alia opprimere.

13 Item dixit versus Porcii Licini hosce :

Custodes ovium tenerae² propaginis, agnum,

Quaeritis ignem ? ite huc ; quaeritis ? ignis
homost.

Si digito attigero, incendam silvam simul omnem ;

Omne pecus flammast, omnia quae video.

14 Quinti Catuli versus illi fuerunt :

Aufugit mi animus ; credo, ut solet, ad Theo-
timum

Devenit. Sic est : perfugium illud habet.

Qui, si non interdixem, ne illunc fugitivum

Mitteret ad se intro, sed magis eiceret ?

Ibimus quaesitum. Verum, ne ipsi teneamur,

Formido. Quid ago ? Da Venus consilium.

X

Verba haec, " praeter propter," in usu vulgi protrita,³ etiam
Enni fuisse.

1 MEMINI me quondam et Celsinum Iulium Numidam
ad Frontonem Cornelium, pedes tunc graviter
aegrum, ire et visere. Atque ubi⁴ introducti sumus,
offendimus eum cubantem in scimpodio Graeciensi,

¹ concitus, *Bahrens*.

² teneraeque, *Victorius* ; vernae, *Hertz and Unger* ; ven-
dere, *ω*.

³ prodita, *MSS*.

BOOK XIX. IX. 12-X. 1

O Phileros, why a torch, that we need not?
 Just as we are we'll go, our hearts aflame.
 That flame no wild wind's blast can ever quench,
 Or rain that falls torrential from the skies;
 Venus herself alone can quell her fire,
 No other force there is that has such power.

He also recited the following verses of Porcius Licinus:¹

O shepherds of the lambs, the ewes' young
 brood,
 Seek ye for fire? Come hither; man is fire.
 Touch I the wood with finger-tip, it burns;
 Your flock's a flame, all I behold is fire.

The verses of Quintus Catulus were these:²

My soul has left me; it has fled, methinks,
 To Theotimus; he its refuge is.
 But what if I should beg that he refuse
 The truant to admit, but cast it out?
 I'll go to him; but what if I be caught?
 What shall I do? Queen Venus, lend me aid.

X

That the words *praeter propter*, which are in common use,
 were found also in Ennius

I REMEMBER that I once went with Julius Celsinus the Numidian to visit Cornelius Fronto, who was then seriously ill with the gout. When we arrived and were admitted, we found him lying on a Greek

¹ Frag. 5, Bahrens.

² Frag. 1, Bahrens

⁴ ubi, *Salmasius*; ibi, δ, ibi qui, γ, ibi ubi, *Hertz*.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

circumundique sedentibus multis doctrina aut genere
 2 aut fortuna nobilibus viris. Adsisiebant fabri aedium
 complures, balneis novis moliendis adhibiti, ostende-
 3 bantque depictas in membranulis varias species bal-
 nearum. Ex quibus cum elegisset unam formam
 speciemque operis,¹ interrogavit quantus esset
 pecuniae sumptus² ad id totum opus absolvendum.
 4 Cumque architectus dixisset necessaria videri esse
 sestertia ferme trecenta, unus ex amicis Frontonis:
 "Et praeterpropter," inquit, "alia quinquaginta."
 5 Tum Fronto, dilatis sermonibus quos habere de
 balnearum sumptu institerat, aspiciens ad eum
 amicum qui dixerat quinquaginta esse alia praeter-
 propter necessaria,³ eum interrogavit quid signifi-
 6 caret verbum "praeterpropter." Atque ille amicus:
 "Non meum," inquit, "hoc verbum est, sed mul-
 7 torum hominum quos loquentis id audias; quid autem
 id verbum significet, non ex me, sed ex grammatico
 quaerendum est," ac simul digito demonstrat gram-
 maticum, haud incelebri nomine Romae docentem
 unaque ibi⁴ sedentem. Tum grammaticus usitati
 8 pervulgatique verbi obscuritate motus: "Quaeri-
 mus," inquit, "quod honore quaestionis minime
 9 dignum est. Nam nescio quid hoc prae nimis ple-
 beium est et in opificum sermonibus quam in
 hominum doctorum⁵ notius."
 10 At enim Fronto, iam voce atque vultu intentiore:
 "Itane," inquit, "magister, dehonestum tibi decul-

¹ operis, *Lipsius*; veris (veneris, X), *MSS*, verisimilem, *Damsté*.

² sumptus, Q; espectus, Z; conspectus, γ; computus suggested by *Hosius*.

³ necessaria . . . praeterpropter supplied by *Skutsch*.

⁴ unaque ibi supplied by *Hosius*.

couch, and sitting around him a large number of men famous for learning, birth or fortune. By his side stood several builders, who had been summoned to construct some new baths and were exhibiting different plans for baths, drawn on little pieces of parchment. When he had selected one plan and specimen of their work, he inquired what the expense would be of completing that entire project. And when the architect had said that it would probably require about three hundred thousand sesterces, one of Fronto's friends said, "And another fifty thousand, more or less (*praeterpropter*)."

Then Fronto, interrupting the conversation which he had begun to hold about the expense of the baths, and looking at the friend who had said that another fifty thousand would be needed *praeterpropter*, asked him what that word meant. And the friend replied: "That word is not my own, for you may hear many men using it; but what the word means you must ask from a grammarian, not from me"; and at the same time he pointed out a grammarian of no little fame as a teacher at Rome, who was sitting there with them. Then the grammarian, surprised by the uncertainty about a familiar and much used word, said: "We inquire about something which does not at all deserve the honour of investigation, for this is some utterly plebeian expression or other, better known in the talk of mechanics than in that of cultivated men."

But Fronto, raising his voice and with a more earnest expression, said: "Sir, does this word seem to you so degraded and utterly faulty, when Marcus

⁵ in hominum doctorum *supplied by Carrio.*

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- patumque hoc verbum videtur, quo et M. Cato et M. Varro et pleraque aetas superior ut necessario et Latino usi sunt?" Atque ibi Iulius Celsinus admonuit, in tragoedia quoque Enni quae *Iphigenia* inscripta est, id ipsum de quo quaerebatur scriptum esse et a grammaticis contaminari magis solitum quam enarrari. Quocirca statim proferri *Iphigeniam* Q. Enni iubet. In eius tragoediae choro inscriptos esse hos versus legimus :

Ótio qui néscit uti

Plús negoti habét quam cum est negótium in
negótio.

Nám cui quod agat ínstitutumst, níl nisi¹ ne-
gótium,

Íd agit, id² studét, ibi mentem atque ánimum
delectát suum,

Ótioso in ótio animus néscit quid velit.³

Hóc idem est; em néque domi nunc nós nec
militiaé sumus,

Ímus huc, hinc illuc, cum illuc véntum est, ire
illínc lubet,

Íncerte errat ánimus, praeterprópter vitam vívitur.

- 13 Hoc ibi lectum est, tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem: "Audistine," inquit, "magister optime, Ennium tuum dixisse 'praeterpropter' et cum sententia quidem tali, quali severissimae philosophorum esse obiurgationes solent? Petimus igitur dicas, quoniam de Enniano iam verbo quaeritur, quí sit remotus⁴ huiusce versus sensus :

¹ nil nisi, *Hertz*; in illis, δ ; in illo, γ .

² id added by *Ribbeck*.

³ quid agat, quid velit, *Dzatzko*.

⁴ remotus, *Hosvius*; motus, ω ; ignotus, *Hertz*.

BOOK XIX. x. 10-13

Cato¹ and Marcus Varro,² and the early writers in general, have used it as necessary and as good Latin?" And thereupon Julius Celsinus reminded him that also in the tragedy of Ennius entitled *Iphigenia* the very word about which we were inquiring was found, and that it was more frequently corrupted by the grammarians than explained. Consequently, he at once asked that the *Iphigenia* of Quintus Ennius be brought and in a chorus of that tragedy we read these lines:³

That man in truth who knows not leisure's use
 More trouble has than one by tasks pursued ;
 For he who has a task must be performed,
 Devotes himself to that with heart and soul ;
 The idle mind knows not what 'tis it wants.
 With us it is the same ; for not at home
 "Are we nor in the field ; from place to place
 We haste ; and once arrived, we would be gone.
 Aimless we drift, we live but more or less
 (*praeterpropter*).⁴

When this had been read there, then Fronto said to the grammarian, who was already wavering: "Have you heard, most worthy master, that your Ennius used *praeterpropter*, and that too in an expression of opinion resembling the austerest diatribes of the philosophers? We beg you then to tell us, since we are now investigating a word used by Ennius, what the hidden meaning is in this line.

¹ Frag inc. 53, Jordan.

² p. 340, Bipont.

³ 183, Ribbeck³

⁴ That is, we exist rather than really live. Cf. Sophocles, *fr. Iphig.* τίκτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαῖα σχολή, "aimless idleness produces nothing that is good." (Bergk, *De Frag. Soph.* p. 15.)

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Íncerte errat ánimus, praeterprópter vitam vívitur.”

- 14 Et grammaticus sudans multum ac rubens multum, cum id plerique prolixius riderent, exurgit et abiens: “Tibi,” inquit, “Fronto, postea uni dicam, ne inscitiores audiant ac discant” Atque ita omnes, relictá ibi quaestione verbi, consurreximus.

XI

Ponit versus Platonis amatorios quos admodum iuvenis lusit, dum tragoediis contendit.

- 1 CELEBRANTUR duo isti Graeci versiculi multorum-
que doctorum hominum memoria dignantur, quod
2 sint lepidissimi et venustissimae brevitatis. Neque
adeo pauci sunt veteres scriptores, qui quidem¹ eos
Platonis esse philosophi adfirmant, quibus ille
adulescens luserit, cum tragoediis quoque eodem
tempore faciendis praeluderet :

Τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χεῖλεσιν ἔσχον
Ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

- 3 Hoc *δίστιχον* amicus meus, οὐκ ἄμουσος adulescens,
in plures versiculos licentius liberiusque vertit. Qui
quoniam mihi quidem visi sunt non esse memoratu
indigni, subdidi :

¹ qui quidem, *Lion*, quidem, Q; quid, Z; qui, γ.

¹ The writing of tragedies as youthful literary exercises

BOOK XIX. x. 13-xi. 3

Aimless we drift, we live but more or less."

And the grammarian, in a profuse sweat and blushing deeply, since many of the company were laughing long and loud at this, got up, saying as he left: "I will tell you at a later time, when we are alone, Fronto, in order that ignorant folk may not hear and learn." And so we all rose, leaving the consideration of the word at that point.

XI

He gives some amatory verses of Plato, with which the philosopher amused himself when he was a very young man and was contending for the tragic prize.

HERE are two Greek verses that are famous and deemed worthy of remembrance by many learned men because of their charm and graceful terseness. There are in fact not a few ancient writers who declare that they are the work of the philosopher Plato, with which he amused himself in his youth, while at the same time he was beginning his literary career by writing tragedies.¹

My soul, when I kissed Agathon, did pass
My lips; as though, poor soul, 'twould leap across.

This distich a friend of mine, a young man no stranger to the Muses, has paraphrased somewhat boldly and freely in a number of lines. And since they seemed to me not undeserving of remembrance, I have added them here:²

was not uncommon; see Suet. *Jul.* lvi. 7, and Plin. *Epist.* vii. 4. 2. The lemma is wrong; cf. note 2, p. 360.

² p. 375, Bahrens.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 4 Cum semihulco savio
Meo puellum savior
Dulcemque florem spiritus
Duco ex aperto tramite,
Anima male¹ aegra et saucia
Cucurrit ad labeas mihi,
Rictumque in oris pervium
Et labra pueri mollia,
Rimata itineri transitus,
Ut transiliret, nititur.
Tum si morae quid plusculae
Fuisset in coetu osculi,
Amoris igni percita
Transisset et me linqueret
Et mira prorsum res foret,
Ut fierem ad me² mortuus,
Ad puerum ut³ intus viverem

XII

Dissertatio Herodis Attici super vi et natura doloris suaeque opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici, qui cum rubis fructiferas arbores praecidit.

- 1 HERODEM ATTICUM, consularem virum, Athenis disserentem audiui Graeca oratione, in qua fere omnes memoriae nostrae universos gravitate atque
2 copia et elegantia vocum longe praestitit. Disseruit autem contra ἀπάθειαν Stoicorum, lacessitus a quodam Stoico, tamquam minus sapienter et parum viriliter
3 dolorem ferret ex morte pueri quem amaverat. In

¹ male suggested by Hosius (cf. *Hor. S. i. 4. 66*); mea, Hertz

² fierem and ad me transposed by L. Muller.

³ ut added by Scaliger; at puerulo intus suggested by Hosius.

BOOK XIX. XI. 4—XII. 3

When with my parted lips my love I kiss,
And quaff the breath's sweet balm from open
mouth,
Smitten with love my soul mounts to my lips,
And through my love's soft mouth its way would
take,
Passing the open gateway of the lips
But if our kiss, delayed, had been prolonged,
By love's fire swayed my soul that way had ta'en,
And left me. Faith, a wondrous thing it were,
If I should die, but live within my love.

XII

A discourse of Herodes Atticus on the power and nature of pain, and a confirmation of his view by the example of an ignorant countryman who cut down fruit-trees along with thorns.

I ONCE heard Herodes Atticus, the ex-consul, holding forth at Athens in the Greek language, in which he far surpassed almost all the men of our time in distinction, fluency, and elegance of diction. He was speaking at the time against the *ἀπάθεια*, or "lack of feeling" of the Stoics, in consequence of having been assailed by one of that sect, who alleged that he did not endure the grief which he felt at the death of a beloved boy with sufficient

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- ea dissertatione,¹ quantum memini, huiuscemodi
 sensus est : quod nullus usquam homo, qui secundum
 naturam sentiret et saperet, adfectionibus istis animi,
 quas *πάθη* appellabat, aegritudinis, cupiditatis,
 timoris, irae, voluptatis, carere et vacare totis posset,²
 atque, si posset etiam obniti ut totis careret, non
 fore³ id melius, quoniam langueret animus et tor-
 peret, adfectionum quarundam adminiculis, ut
 4 necessaria plurimum temperie privatus. Dicebat
 enim sensus istos motusque animi, qui cum immoder-
 atiores sunt vitia fiunt, innexos implicatosque esse
 5 vigoribus quibusdam mentium et alacritatibus, ac
 propterea, si omnino omnis eos inperitius convella-
 mus, periculum esse ne eis⁴ adhaerentes bonas
 6 quoque et utiles animi indoles amittamus. Mode-
 randos esse igitur et scite considerateque purgandos
 censebat, ut ea tantum quae aliena sunt contraque
 naturam videntur et cum pernicie adgnata sunt
 detrahantur, ne profecto id accidat quod cuiquam
 Thraci insipienti et rudi in agro quem emerat
 procurando venisse usu fabulast.
- 7 “Homo Thracus,” inquit, “ex ultima barbaria,
 ruris colendi insolens, cum in terras cultiores hu-
 manioris vitae cupidine commigrasset, fundum mer-
 catus est oleo atque vino consitum. Qui cum⁵
 nihil admodum super vite aut arbore colenda sciret,
 videt forte vicinum rubos alte atque late obortas
 excidentem, fraxinos ad summum prope verticem

¹ dissertatione, *ω* (*cf. Thes. Ling. Lat.*); dissertatione, *Beroaldus*.

² posset rhetor non dolere (dolore) *MSS.*; *rh* non *d.*
deleted by Carrio

³ fore, *H. J. Muller*; *ex re, ω.*

⁴ ne eis, *σ*; *necis, ω.*

wisdom and fortitude. The sense of the discourse, so far as I remember, was as follows : that no man, who felt and thought normally, could be wholly exempt and free from those emotions of the mind, which he called *πάθη*, caused by sorrow, desire, fear, anger and pleasure ; and even if he could so resist them as to be free from them altogether, he would not be better off, since his mind would grow weak and sluggish, being deprived of the support of certain emotions, as of a highly necessary stimulus. For he declared that those feelings and impulses of the mind, though they become faults when excessive, are connected and involved in certain powers and activities of the intellect ; and therefore, if we should in our ignorance eradicate them altogether, there would be danger lest we lose also the good and useful qualities of the mind which are connected with them. Therefore he thought that they ought to be regulated, and pruned skilfully and carefully, so that those only should be removed which are unsuitable and unnatural, lest in fact that should happen which once (according to the story) befell an ignorant and rude Thracian in cultivating a field which he had bought.

